
image
not
available

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 D
28

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

20.6.36.

Digitized by Google

DECRETA

Et Constitutiones Synodales Diœcesanæ Isclañ.

PER ADMODVM ILL.EM ET R.MVM D. INNICVM DE AVALOS EPISCOPVM ISCLAÑ.

In maiori Ecclesia celebratæ Idibus Aprilis. 1599.

Collig. Rom. Caval. Bibl. Card.
Luc. Jem Juris pt. Bibliam
BIBLIOTECA NAZ. ROMA

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ,
Apud Impressores Camerales.
M. D. XCIX.

DECRETA

Ex Constitutionibus Synodalis
Dioecesanæ Vlixb.

PER ADMODVM ILL. ET R.
D. INNICVM DE AVALOS
EPISCOPVM INCLAN.

In Synodo Ecclesia celebrata Idibus
Aprilis. 1599.

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ,
Apud Impressores Camerales.
M. D. XCIX.

ILLM. AC REV. D.

ROBERTO BELLARMINIO

S. R. E. CARD. AMPLISS.

Inicus Aualos Episcopus Iselanus perpetuam felicitatem.



D. vitiorum ruinas eliendas, Populos in officio continendos, atq; ad virtutis, & Religionis amorem inflammandos, maximopere necessarias esse Canonicas sanctiones, nemo vnquam sanè mentis veritus est, vnum nimirum diuinum legum inuentum, & Dominos regere, & subiectos obedire edocuit, vnum bona à malis secernere, Prima amplecti, altera enixè detestari absoluit, virtuti præmium, vitijs supplicium constituit. Quæ omnia (vt alia sileam) huic proposito opportuna legislatorum exempla proximè sanctum Trid. Concilium impulerunt ad Episcopis imperandum, vt omni sedulitate dioecesanas synodos celebrarent, quæ cum nunquam à meis prædecessoribus peractæ fuerint,

DECRETA

Ex Constitutiones Synodales
Dioeceſanæ Vlixb.

PER ADMODVM ILL. ET R. DN.
D. INNICVM DE AVALOS
EPISCOPVM INCLAN.

In Synodo Eccleſia celebratæ Idibus
Aprilis. 1599.

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ,
Apud Impreſſores Camerales.
M. D. XCIX

ILLM. AC R̄EV. D.

ROBERTO BELLARMINIO

S. R. E. CARD. AMPLISS.

Inicus Atualos Episcopus Iselanus perpetuam felicitatem.



D. vitiorum radices elidendas, Populos in officio continendos, atq; ad virtutis, & Religionis amorem inflammandos maximopere necessarias esse Canonicas sanctiones, nemo vir quamsanè mentis veritus est, virum nimirum diuinum legum peritum, & Dominos regere, & subiectos obedire edocuit, virum bona à malis secernere, Præmia amplecti, altera enixè detestari absolutissimè indicat, virtuti præmium, vitijs supplicium constituit. Quæ omnia (vt alia taceā) huic propositum opportuna legislatorum exempla proximè San. Trid. Concilium impulerūt ad Episcopis imperādū, vt omni sedulitate diœcesanas Synodos celebrarent, quæ cum nunquā à meis prædecessoribus peracta fuerint,

omninò mihi tanq̃ munus minimè omittendum duxi, eò magis, quod ad illud maximè hortatus videbar ab Illma, & Reu.^ma D. Cardinali de Aragona bo. me. dum vixit patrono meo, qui cum Procitæ Monasterium, (quod ordinaria iurisdictione fruitur, ac meo Episcopatui maximè proximũ existit) in cõmendam ad sui vitam retineret demandauit, vt dictæ Insulæ Clerus tunc ei subiectus meæ diœcesis Synodi Constitutionibus pareret, iuxta dicti Sacri Conc. Tridentini præcepta, sess. xxiiij. Cap. 2. de Reform. atq; ad hoc Paulum Ghisletium iuris vtriusq; Doctorem Procuratorem suũ misit, vt dictæ Synodo assisteret. Cumq; dictas Constitutiones in lucem mihi ex dõdas ad Procitæ, & mei Cleri cõmodũ statuerim, interim dicti Card. superueniente obitu, Monasteriũ prædictum, à S. D. N. Clemẽte VIII. Pont. Optimo Max. tibi commẽdatum extiterit, eas nominis tui splẽdore illustrandas, tibiq; dicandas duxi, qui sicut in eiusdem Monasterij regimine tua & in meum vnicum Protectorem eximia humanitate tua successisti. Tu quæ à tibi ómnium hominum deuinctissimo ex intimo animo offeruntur, hilari fronte accipias, & me amare, ac protegere pergas.

DE FI-

DE FIDE CATHOLICA.

ANCTARVM Ecclesiarum Præsules, ea quæ ad fidei Catholicæ cõseruationẽ attinẽt, vt obseruẽtur inuiolabiliter curare debẽt.

In primis itaq; sacri Concilij Tridentini præceptis inhærendo statuimus, quod omnes clerici beneficia Ecclesiastica obtinẽtes, qui synodo diœcesanæ proximè celebrandæ interesse teneretur, omnia à Sacrosancto Cõcilio Tridentino prædicto definita amplectantur, ac iurent, nec non hæreses publicè detestando fidem q; catholicam profiteantur.

Præterea nullus de cætero ad alicuius Parochialis Ecclesiæ, seu dignitatis, canonicatusue possessionẽ admittatur, nisi fidei professionem prius in nostris, seu nostri Vicarij Generalis manibus iuxta lite-

rarum fœl. rec. Pij PP. iiij. Tenorem hic inferius adnotatum emiserit, idemq; obseruetur in ijs, qui Grammaticam Rhetoricam, Theologiam, cæteraſq; artes liberales, & ſcientias profiteãtur, ad quas docendas pnblicè, ſen priuatè nullatenus admittantur, niſi prius dicta fidei profeſſione, vt ſupra emiſſa de qua Curiæ Epiſcopalis Notarius cum profitẽtis ſubſcriptione rogetur ſub pœnis à dicto Pio, & Conc. Tridentino emanatis.

DE RELIQVIIS.

VM nemo ſit adeo pietatis, atq; religionis expers, qui ignoret quã pio intimi Animi cultu Reliquiæ, & Corpora Sanctorum ſint excolenda, quippè quæ beatas illas mentes ſempiterno æuo, & Deo fruentes diù ſua compage detinuerunt, auguſtiſſimaq; Spiritus San-

Sancti domicilia extiterunt. Idcirco omnino præcipimus, vt in omnibus nostræ Dioc. Ecclesijs Sacerdotes pro viribus Sacrarũ Reliquiarum custodes possibili ipsas reuerentiæ cumulo prosequantur, honestissimo vel Ecclesiæ, vel Sacristiæ loco ampliſsimis cõditas vasculis adseruãtes.

Præcipimus præterea, vt idem Sacrarum Reliquiarum locus opportuno splendore constructus sit, itaq; ab omni tùm humiditatis, tùm immũditiæ iniuria tutus duabus semper obseretur clauibus; quarũ vna in nostra cathedrali præscripti custodis curæ committatur. Altera verò nostro Vicario Generali in Ciuitate per diœcesim verò custodi, vt supra vna, & altera Vicarijs Foraneis tradatur. Prohibemusq; extra Ecclesias, quibus conduntur nulla ratione seu prætextu, neq; etiam ingratiam infirmorum impẽsæ deuotionis causa petentiũm deferri, sine nostra expressa licentia, sub pœna nostro arbitrio:

De Veneratione Sãctorum, & Sacrarum Imaginum.

ITem omnibus Parochis, Rectoribus, aliisq; cũctis, qui Ecclesiæ muneribus præsunt præcipimus, vt Sanctorum Imagines Ecclesijs, uel Cappellis depictas ab omni puluere, & sordibus studiosissimè custodiant, neue quid prophanum sacrisq; literis, atq; Ecclesiasticis historijs minimè cõsonum pingi permittant. Atq; vt nullum penitus excusationis subterfugium relinquatur, sancimus, vt nullam prorsus Imaginem in templis, aut Sacris Cappellis publicè exponere quilibet audeat, Episcopo inconsulto, vel ipso absente suo Vicario Generali sub pœna nostro Arbitrio.

De vita, & honestate Clericorum. CAP. I.

NE summa Sacerdotũ dignitas diuina inter mortales proxima vlo pa-

lo pacto contaminetur: omnibus clericis, Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris caterisq; nostr æ Iurisdictioni subiectis præcipimus, & mandamus, vt dùm quauis causa impulsi sæcularium, & laicorum consuetudine vtuntur, eo quo decet ornamento decore, pietate, morum, & actionum omnium integritate seſe gerant, atq; exhibeant; quotidianas per publicas Plateas cum sæcularibus deambulationes, & frequentes cœtus, atq; commercia improborum deuitent, suspectas mulieres, tãquã deterrimam pestem effugient; a commessationibus, & colloquijs abhorreant Nuptiarum tripudia euitent:

CAP. III.

ATq. vt omnis detractoribus maledicendi occasio detrahatur, & cuncta de medio tollãtur, ex quibus etiam leuissimum scandalũ oriri posſet

ſei ſancimus, vt Clerici omnes æſtate poſt primam noctis horam, hyeme poſt alteram, niſi ad Sacramentorum neceſſariã adminiſtrationem fuerint vocati, vel ad aliud, quod maximè vrgeret, ac niſi cum honeſtiſsimis viris accẽſo lumine, domo egreſſi per Vrbis Turrium, Caſtrorum, Caſalium, aliorumq. noſtræ iuriſdictionis locorum publicas vias ſpatientur.

CAP. III.

ATq ſi ipſis eſſet per loca minus tuta tranſeundũ nullo pacto abſq. noſtra expreſſa licentia, quouis armorum genere vti volumus, ſcopetas, & pugiones omnino prohibentes, omniaq. armorũ genera, neq. eos domi habere, prorſus volumus ſub pœna noſtro arbitrio.

Prohibemus deniq; cætera armorũ genera, ad occidendum, & ad offendendum apta, præter fuſtes ligneas, & cultros abſq. cuſpide.

Et

CAP. IIII.

ET quoniam ludorum vsus summoperè clericalem honestatẽ contaminare consueuit, quoscũq. minus honestos ludos prohibemus, & præsertim Alearum, ac Taxillorum, nec non ad scandala euitanda in locis publicis ludos magnæ. vel paruæ Pilæ:

Item iubemus, vt ijdem omnes nostræ Iurisdictionis subiecti Comedijs interesse nullo prætextu audeant sub pœna quatuor librarum ceræ albæ, spiritualibus repræsẽtationibus, quæ animos ad deuotionẽ alliciunt duntaxat exceptis:

Et quoniam nõ modo omni peccati labe, verum etiam suspicione carere decet, diuinos Ministros: omnino mandamus, vt nostræ Iurisdictionis omnes non modo minus honestarum mulierum cõsuetudinem, & colloquia vitent: sed neq. illis suas locent domos, neq. cum mulieribus, etiam

con-

consanguinitate, seu affinitate coniunctis infra secundum gradum cohabitẽt, absq. nostra expressa licentia, quam dummodo nulla adsit suspicio libenter concedemus.

Cum lege cautũ sit Clericis omne merciũm, ac negociationum genus esse fugiendum, atq. vt ijdem nullo pacto Laicorum consilijs adsint, neq. seipsis vades prabeãt, atq ipsorum criminale patrocinium suscipiant, nisi, vel suarum Ecclesiarũ causa, vel miserabilium consanguineorũ, hãc omnia interdicimus, vllo pacto ab ijs fieri absq. nostra, vel Generalis nostri Vicarij expressa licentia, medendi etiam ijs artem prohibentes sub pœna nostro arbitrio.

Item pracipimus nostros omnes Clericos, Subdiaconos, Diaconos. Presbyteros, qui musicam non callent, vt ad summum mensis spatio, saltem tantum plani cantus ediscãt, quantum ad psalmos, & Antiphonas ad artis præscriptum canendas sufficiat, eosq. qui ad dictum tempus musicam

sicam discere minimè instituerit, nolumus ad dignitates promoueri absq. expressa licẽtia eorum, qui mũsicè eos docuerint.

CAP. II.

ITem sancimus, vt Sacerdotes omnes saltẽ bis in mense Sacrosanctũ Missæ Sacrificiũ, ritè, & ex ordine celebrent. Subdiaconi, & Diaconi verò, nisi à legitima causa impediãtur quouis mẽsis principio Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum piè sumant, atq. ij, qui sacra dalmatica, ac tunica solemni Missæ Sacrificio assistent, vbi prius, piè priuatè confessi fuerint à Sacerdote celebrante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipiant, idemq. faciant senes & alij, quibus legitimo impedimento celebrare nõ licebit.

CAP. III.

VErũ quia Laicos à Clericis distinguere necesse est, Sacris Canonibus, ac

piæ mem. Sixti P.P. Quinti cõstitutioni inhærendo, volumus, vt assidue Sacris Ordinibus initiati, Clerici, atq. omnes nostræ Iurisdictioni subiecti, talari veste ad pedes nigra simplici omnis, quæ secularis ornatus experti utantur, nec non longo infra genua pallio. In itinere uero extra Vrbis mœnia itineri congruum indumenti genus minimeq. à Clericali modestia alienum concedimus.

Non vestium albas, vel alterius coloris, manicas gerant, non auro, vel serico sementatas, non incisas, seu lancinatas, nõ lactugatos collares, sub pœnis cõtẽtis in dictis Litteris eiusdem Sixti Papæ Quinti, aliisq. à dictis Canonicis Cõstitutionibus, nostroq. arbitrio addendis.

Et quoniam vestium Clericalium honestas non mediocri etiam cultui diuino est ornamento, volumus, vt præter talarẽ nestẽ semper, & vbiq. deferendã, superpelliceum quoq. adhibeant, dum Missa, seu

hora Canonica decantantur, aliaue in Ecclesia celebrantur, simili in Presbyteris ornamentum postulantia, necnon etiam Birreta gerãt; quibus ambobus, quæ carẽrint nullo pacto sacris initientur. Coronam itẽ, quæ omnium oculis pateat, vnusquisq. assiduè habeat, sub pœna pro qualibet vice vnius libræ cer æ.

De præcedentia.

QVoniam in hac Synodo ea præcipuè curanda sunt, quæ ad animarum nostrarum salutem, cultusq. diuini augumentum attinent, laborandũ est, nec aliqua præcedẽtiæ occasione cõtrouersia oriatur, statuimus, et ordinamus, quod tãm in vocationibus, quam in sedendo, seu processionaliter eundo, aut in quibuslibet alijs actionibus nemini præiudicium inferatur, neq. ius aliquod etiam in possessione augeatur, vel minuatur, sed cuiq. ius, & possessio illæsa remaneat, perinde, ac an-

tea præsentis Synodus celebrationem erat.

De Processionibus. CAP. I.

QVemadmodum sæculares Milites, & Duces bellorũ inanis gloriæ spe tumẽtes suorũ Regũ, ac Imperatorum, insignia q. admirabili quadam seriè consequi æmulantur: Multo magis cum nobis solẽnes & publicæ Processiones, tàm de Iure, et ex consuetudine, quàm alias ob causas sũt celebrãdæ volumus, vt Religiosi omnes cuiuscunq gradus, status, & cõditionis sint, tàm sæculares, & regulares, quàm Cõfraternitates nostræ Diœcesis processionaliter, cum eorum vestibus talaribus superpelliceis, & Pluuialibus, alijsq. necessarijs in Cathedrali, & in Diœcesi, in solitis Ecclesiis conueniant, & cum Regem Regũ, & Dominum Dominantium, vel aliã sacram Imaginem sint consociaturi, volumus, vt bini gradatim incedant piè, & modestè Psalmos, Hymnos, diuinaq. alias canentes

nentes Laudes, ora à vanis colloquijs com peſcentes, non oculis vagantes ad populum ipſorum, pietate, Religione, communi modeſtia ad hilaritatem, & Chriſtianã quãdam lætitiam impellendũ, atq. eadẽ ordinatione poſtea reuertẽter, neq. ſine Prælati licẽtia diſcedant, ijq. qui in inuocatione Sãctæ Trinitatis nõ aderunt, pro abſentibus habeantur, ac pœna duarum librarũ ceræ albæ mulctentur.

CAP. II.

ET cum optimè intelligamus multitudinẽ ſemper eſſe confuſionis comitẽ, vt ſcandala omnia euitentur, volumus, vt Cõfraternitates vniuerſæ vicißim ſuis diſtinctè vexillis: Incedant Laicos à Clericis & à Laicis mulieres ſegregantes, declarãtes quod inter Cõfraternitates Laicorum Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedrali dignior locus primo: ſecundo verò Confraternitati Beatæ Mariæ de

Ortho-

Orthodinico, & deinde alijs Confraternitatibus, si quæ erunt in Ciuitate succeſſiuè, Confraternitati Spiritus Sãcti extra mœnia Ciuitatis in Suburbio celſa nuncupat. aſſignetur: Quæ Sancti Spiritus Confraternitates omnes alias Diœceſis præcedat, etiam illas, quæ extra mœnia in dicto Suburbio fieri contingeret.

CAP. III.

ATq, vt cuiq. ſuus debitus deferatur honor, volumus, vt poſt Prælatum primus locus Sacerdoti celebranti, ſuiſq. Aſſiſtẽtibus tribuatur. Volumus etiam, vt Crux, ſeu Vexillũ à Laicis nullo modo feratur, ſed à Clerico talari indumẽto, & ſuperpelliceo tecto, atq. Confraternitatibus, ſiue ſocietatibus à Confratre conſueto, ſacco induto, hortamur etiam, vt viæ omnes per quas Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum proceſſionaliter feretur, optimè purgẽtur, ornatis quoad licebit

bit honorificẽtius parietibus, quod maximè curæ esse debet, domorum, patronis, & sæcularibus Officialibus, aduertentes, vt nemo lasciuas figuras festiuis in hisce Processionibus publicè exponere audeat.

CAP. IIII.

IN solemni die festo Sãctissimi Sacramenti Episcopi munus erit sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum per Vrbẽ ferre, ac ipso absente, aut aliquo impedimẽto Archipresbytero, iuxta Ecclesiæ nostræ cõsuetudinẽ, in cuius defectũ suo Generali Vicario, aut Sacerdotis per turnũ celebrantes, ac infra octauam in dignitate constitutorũ gradatim, atq. in nostra Diœcesi à consueto Curato ferri volumus.

Sancimus etiam, vt Ecclesia omnes, per quas dictæ Processiones transibũt omnibus apertis Ianuis pateant, & assiduo campanarum sonitu suum transeuntem dominum lato quasi plausu excipiant, similemq.

omninò mihi tanq̃ munus minimè ommittendum duxi, eò magis, quod ad illud maximè hortatus videbar ab Ill.mo, & Reu.mo D. Cardinali de Aragona bo. me. dum vixit patrono meo, qui cum Procitæ Monasterium, (quod ordinaria iurisdictione fruitur, ac meo Episcopatui maximè proximũ existit) in cõmendam ad sui vitam retineret demandauit, vt dictæ Insulæ Clerus tunc ei subiectus meæ diœcesis Synodi Constitutionibus pareret, iuxta dicti Sacri Conc. Tridentini præcepta, sess. xxiiij. Cap. 2. de Reform. atq; ad hoc Paulum Ghislerium suis virtutibus Doctorem Procuratorem suũ misit, vt dictæ Synodo assisteret. Cumq; dictas Constitutiones in lucem mihi edẽdas ad Procitæ, & mei Cleri cõmodũ statuerim, interim dicti Card. superueniente obitu, Monasteriũ præfatum, à S. D. N. Clemẽte VIII. Pont. Optimo Max. tibi commẽdatum extiterit, eas nominis tui splẽdore illustrandas, tibiq; dicandas duxi, qui sicut in eiusdem Monasterij regimine ita & in meum vnicum Protectorem eximia humanitate tua successisti. Tu quæ à tibi ominum hominum deuinctissimo ex intimo animo offeruntur, hilari fronte accipias, & me amare, ac protegere pergas.

DE FIDE CATHOLICA.

ANCTARVM Ecclesiarum Praesules, ea quæ ad fidei Catholicæ cõseruationẽ attinẽt, vt obseruẽtur inuiolabiliter curare debẽt.

In primis itaq; sacri Concilij Tridentini præceptis inhærendo statuimus, quod omnes clerici beneficia Ecclesiastica obtinẽtes, qui synodo diœcesanæ proximè celebrandæ interesse teneretur, omnia à Sacrosancto Cõcilio Tridentino prædicto definita amplectantur, ac iurent, nec non hæreses publicè detestando fidem q; catholicam profiteantur.

Præterea nullus de cætero ad alicuius Parochialis Ecclesiæ, seu dignitatis, canonicatusue possessionẽ admittatur, nisi fidei professionem prius in nostris, seu nostri Vicarij Generalis manibus iuxta lite-

rarum fœl. rec. Pij PP. iiij. Tenorem hic inferius adnotatum emiserit, idemq; obseruetur in ijs, qui Grammaticam Rhetoricam, Theologiam, cæteraſq; artes liberales, & ſcientias profiteãtur, ad quas docendas pnblicè, ſen priuatè nullatenus admittantur, niſi prius dicta fidei profeſſione, vt ſupra emiſſa de qua Curiæ Epiſcopalis Notarius cum profitẽtis ſubſcriptione rogetur ſub pœnis à dicto Pio, & Conc. Tridentino emanatis.

DE RELIQVIIS.

QVM nemo ſit adeo pietatis, atq; religionis expers, qui ignoret quã pio intimi Animi cultu Reliquiæ, & Corpora Sanctorum ſint excolenda, quippè quæ beatas illas mentes ſempiterno æuo, & Deo fruentes diù ſua compage detinuerunt, auguſtiſſimaq; Spiritus San-

Sancti domicilia extiterunt. Idcirco omnino præcipimus, vt in omnibus nostræ Dioc. Ecclesijs Sacerdotes pro viribus Sacrarũ Reliquiarum custodes possibili ipsas reuerentiæ cumulo prosequantur, honestissimo vel Ecclesiæ, vel Sacristiæ loco ampliſsimis cõditas vasculis adseruãtes.

Præcipimus præterea, vt idem Sacrarum Reliquiarum locus opportuno splendore constructus sit, itaq; ab omni tùm humiditatis, tùm immũditiæ iniuria tutus duabus semper obseretur clauibus; quarũ vna in nostra cathedrali præscripti custodis curæ committatur. Altera verò nostro Vicario Generali in Ciuitate per diœcesim verò custodi, vt supra vna, & altera Vicarijs Foraneis tradatur. Prohibemusq; extra Ecclesias, quibus conduntur nulla ratione seu prætextu, neq; etiam in gratiam infirmorum impẽsæ deuotionis causa petentium deferri, sine nostra expressa licentia, sub pœna nostro arbitrio:

De Veneratione Sãctorum, & Sacrarum Imaginum.

ITem omnibus Parochis, Rectoribus, aliisq; cũctis, qui Ecclesiæ muneribus præsunt præcipimus, vt Sanctorum Imagines Ecclesijs, uel Cappellis depictas ab omni puluere, & sordibus studiosissimè custodiant, neue quid prophanum sacrisq; literis, atq; Ecclesiasticis historijs minimè cõsonum pingi permittant. Atq; vt nullum penitus excusationis subterfugium relinquatur, sancimus, vt nullam prorsus Imaginem in templis, aut Sacris Cappellis publicè exponere quilibet audeat, Episcopo inconsulto, vel ipso absente suo Vicario Generali sub pœna nostro Arbitrio.

De vita, & honestate Clericorum.

CAP. I.

NE summa Sacerdotũ dignitas diuina inter mortales proxima vllo pa-

lo pacto contaminetur: omnibus clericis, Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris caterisq; nostræ Iurisdictioni subiectis præcipimus, & mandamus, vt dùm quauis causa impulsi sæcularium, & laicorum consuetudine vtuntur, eo quo decet ornamento decore, pietate, morũm, & actionum omnium integritate seſe gerant, atq. exhibeant, quotidianas per publicas Plateas cum sæcularibus deambulationes, & frequentes cœtus, atq. commercia improborum deuitent, suspectas mulieres, tãquã deterrimam pestem effugient, a commessationibus, & colloquijs abhorreant Nuptiarum tripudia euitent:

CAP. III.

ATq. vt omnis detractoribus maledicendi occasio detrahatur, & cuncta de medio tollãtur, ex quibus etiam leuissimum scandalũ oriri posſet

sei sancimus, vt Clerici omnes æstate post primam noctis horam, hyeme post alteram, nisi ad Sacramentorum necessariã administrationem fuerint vocati, vel ad aliud, quod maximè vrgeret, ac nisi cum honestissimis viris accẽso lumine, domo egressi per Vrbis Turrium, Castrorum, Casalium, aliorumq. nostræ iurisdictionis locorum publicas vias spatientur.

CAP. III.

ATq si ipsis esset per loca minus tuta transeundũ nullo pacto absq. nostra expressa licentia, quouis armorum genere vti volumus, scopetas, & pugiones omnino prohibentes, omniaq. armorũ genera, neq. eos domi habere, prorsus volumus sub pœna nostro arbitrio.

Prohibemus deniq; cætera armorũ genera, ad occidendum, & ad offendendum apta, præter fustes ligneas, & cultros absq. cuspide.

Et

CAP. IIII.

ET quoniam ludorum vsus summopere clericalem honestatẽ contaminare consueuit, quoscũq. minus honestos ludos prohibemus, & præsertim Alearum, ac Taxillorum, nec non ad scandala euitanda in locis publicis ludos magnæ. vel paruæ Pilæ:

Item iubemus, vt ijdem omnes nostræ Iurisdictionis subiecti Comedijs interesse nullo prætextu audeant sub pœna quatuor librarum ceræ albæ, spiritualibus reprasẽtationibus, quæ animos ad deuotionẽ alliciunt duntaxat exceptis.

Et quoniam nõ modo omni peccati labe, verum etiam suspicione carere decet, diuinos Ministros: omnino mandamus, vt nostræ Iurisdictionis omnes non modo minus honestarum mulierum cõsuetudinem, & colloquia vitent: sed neq. illis suas locent domos, neq. cum mulieribus, etiam

consanguinitate, seu affinitate coniunctis infra secundum gradum cohabitẽt, absq. nostra expressa licentia, quam dummodo nulla adsit suspicio libenter concedemus.

Cum lege cautũ sit Clericis omne mercium, ac negociationum genus esse fugiendum, atq. vt ijdem nullo pacto Laicorum consilijs adsint, neq seipsis vades prabeãt, atq ipsorum criminale patrocinium suscipiant, nisi, vel suarum Ecclesiarũ causa, vel miserabilium consanguineorũ, hãc omnia interdicimus, vllo pacto ab ijs fieri absq. nostra, vel Generalis nostri Vicarij expressa licentia, medendi etiam ijs artem prohibentes sub pœna nostro arbitrio.

Item pracipimus nostros omnes Clericos, Subdiaconos, Diaconos, Presbyteros, qui musicam non callent, vt ad summum mensis spatio, saltem tantum plani cantus ediscãt, quantum ad psalmos, & Antiphonas ad artis præscriptum canendas sufficiat, eosq. qui ad dictum tempus musicam

ſicam diſcere minimè inſtituerit, nolumus ad dignitates promoueri abſq. expreſſa licẽtia eorum, qui muſicè eos docuerint.

CAP. II.

ITem ſancimus, vt Sacerdotes omnes ſaltẽ bis in menſe Sacroſanctũ Miſſæ Sacrificiũ, ritè, & ex ordine celebrent. Subdiaconi, & Diaconi verò, niſi à legitima cauſa impediãtur quouis mẽſis principio Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum piè ſumant, atq. ij, qui ſacra dalmatica, ac tunica ſolemni Miſſæ Sacrificio aſſiſtent, vbi prius, piè priuatè confeſſi fuerint à Sacerdote celebrante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiant, idemq. faciant ſenes & alij, quibus legitimo impedimento celebrare nõ licebit.

CAP. III.

VErũ quia Laicos à Clericis diſtinguere neceſſe eſt, Sacris Canonibus, ac

piæ mem. Sixti P.P. Quinti cõstitutioni inhærendo, volumus, vt assidue Sacris Ordinibus initiati, Clerici, atq. omnes nostræ Iurisdictioni subiecti, talari veste ad pedes nigra simplici omnis, quæ sæcularis ornatus experti vtantur, nec non longo infra genua pallio. In itinere uero extra Vrbis mœnia itineri congruum indumenti genus minimeq. à Clericali modestia alienum concedimus.

2. Non vestium albas, vel alterius coloris, manicas gerant, non auro, vel serico sementatas, non incisas, seu lancinatas, nõ lactugatos collares, sub pœnis cõtẽtis in dictis Litteris eiusdem Sixti Papæ Quinti, aliisq. à dictis Canonicis Cõstitutionibus, nostroq. arbitrio addendis.

Et quoniam vestium Clericalium honestas non mediocri etiam cultui diuino, est ornamento, volumus, vt præter talarẽ vestẽ semper, & vbiq. deferendã, superpellicium quoq. adhibeant, dum Missa, seu

hora

horæ Canonicæ decantantur, aliaue in Ecclesia celebrantur, simili in Presbyteris ornamentum postulantia, necnon etiam Bireta gerãt, quibus ambobus, quæ caruerint nullo pacto sacris initientur. Coronam itẽ, quæ omnium oculis pateat, vnusquisq. assiduè habeat, sub pœna pro qualibet vice vnius libræ cer æ.

De præcedentia.

QVoniam in hac Synodo ea præcipuè curanda sunt, quæ ad animarum nostrarum salutem, cultusq. diuini augumentum attinent, laborandũ est, nec aliqua præcedẽtiæ occasione cõtrouersia oriatur, statuimus, et ordinamus, quod tãm in vocationibus, quam in sedendo, seu processionaliter eundo, aut in quibuslibet alijs actionibus nemini præiudicium inferatur, neq. ius aliquod etiam in possessione augeatur, vel minuatur, sed cuiq. ius, & possessio illæsa remaneat, perinde, ac an-

tea præsentiis Synodus celebrationem erat.

De Processionibus. CAP. I.

QVemadmodum sæculares Milites, & Duces bellorũ inanis gloriæ spe iumẽtes suorũ Regũ, ac Imperatorum, insigniq. admirabili quadam seriè consequi æmulantur: Multo magis cum nobis solẽnes & publicæ Processiones, tàm de Iure, et ex consuetudine, quàm alias ob causas sũt celebrãdæ volumus, vt Religiosi omnes cuiuscunq gradus, status, & cõditionis sint, tàm sæculares, & regulares, quàm Cõfraternitates nostræ Diœcesis processionaliter, cum eorum vestibus talaribus superpelliceis, & Pluuialibus; alijsq. necessarijs in Cathedrali, & in Diœcesi, in solitis Ecclesiis conueniant, & cum Regem Regũ, & Dominum Dominantium, vel aliã sacram Imaginem sint consociaturi, volumus, vt bini gradatim incedant piè, & modeste Psalmos, Hymnos, diuinasq. alias canentes

nentes Laudes, ora à vanis colloquijs com peſcentes, non oculis vagantes ad populum ipſorum, pietate, Religione, communi modeſtia ad hilaritatem, & Chriſtianã quãdam lætitiam impellendũ, atq. eadẽ ordinatione poſtea reuertẽter, neq. ſine Prælati licẽtia diſcedant, ijq. qui in inuocatione Sãctæ Trinitatis nõ aderunt, pro abſentibus habeantur, ac pœna duarum librarũ cereæ albæ mulctentur.

CAP. II.

ET cum optimè intelligamus multitudinẽ ſemper eſſe confuſionis comitẽ, vt ſcandala omnia euitentur, volumus, vt Cõfraternitates vniuerſæ viciſſim ſuis diſtinctè vexillis: Incedant Laicos à Clericis & à Laicis mulieres ſegregantes, declarãtes quod inter Cõfraternitates Laicorum Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedrali dignior locus primo: ſecundo verò Confraternitati Beatæ Mariæ de

Ortho-

Orthodinico, & deinde alijs Confraternitatibus, si qua erunt in Ciuitate succeſſiuè, Confraternitati Spiritus Sancti extra mœnia Ciuitatis in Suburbio celſa nuncupat. aſſignetur: Qua Sancti Spiritus Confraternitates omnes alias Diœceſis præcedat, etiam illas, quæ extra mœnia in dicto Suburbio fieri contingeret.

CAP. III.

ATq, vt cuiq. ſuus debitus deferatur honor, volumus, vt poſt Prælatum primus locus Sacerdoti celebranti, ſuiſq. Aſſiſtentibus tribuatur. Volumus etiam, vt Crux, ſeu Vexillũ à Laicis nullo modo feratur, ſed à Clerico talari indumẽto, & ſuperpelliceo tecto, atq. Confraternitatibus, ſiue ſocietatibus à Confratre conſueto, ſacco induto, hortamur etiam, vt viæ omnes per quas Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum proceſſionaliter feretur, optimè purgẽtur, ornatis quoad licebit

bit honorificẽtius parietibus, quod maximè curæ esse debet, domorum, patronis, & sæcularibus Officialibus, aduertentes, vt nemo lasciuas figuras festiuis in hisce Processionibus publicè exponere audeat.

CAP. IIII.

IN solemni die festo Sãctissimi Sacramenti Episcopi munus erit sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum per Vrbẽ ferre, ac ipso absente, aut aliquo impedimẽto Archipresbytero, iuxta Ecclesiæ nostræ cõsuetudinẽ, in cuius defectũ suo Generali Vicario, aut Sacerdotis per turnũ celebrantes, ac infra octauam in dignitate constitutorũ gradatim, atq. in nostra Diœcesi à consueto Curato ferri volumus.

Sancimus etiam, vt Ecclesia omnes, per quas dictæ Processiones transibũt omnibus apertis Ianuis pateant, & assiduo campanarum sonitu suum transeuntem dominum lato quasi plausu excipiant, similemq.

milemq; latitia, & honoris significatione, donec Populus omnis praterierit, frequentent, atq.; vt dicta Processio distributè, & partitè ad certam normam procedat, volumus, vt nostro interuentu duo ex nostro Clero eligantur, quibus in hac actione tantum nostram omnẽ impartimur auctoritatem, qui eam ritè distribuant.

De funeribus, & exequijs.

MOrtuorum humationem antiquissimè institutam, volumus, in nostra Ciuitate, ac Diœcesi, omni religione, & pietate, vt Christianos decet fieri. Quocirca pracipimus, vt regulares omnes, & Confratres, qui humana cadauera, vel deferent, vel associabunt, piè vicissim procedãt, contentiones rixas, et inania verba fugientes, Psalmos, & diuinas Laudes recitantes, & preces ad Deum pro Defuncto assiduè effundentes, aduertẽtes, ne vllius cadauera domo extrahantur, in quibus-

quibuſuis Eccleſijs ſepeliendi gratia abſq. proprij Parochi expreſſa licentia, ſub pœna centũ librarũ ceræ albæ, ex parte Clericorũ ſæculariũ, qui huiuſmodi Mortuos efficere tẽtauerint, reſpectu verò Laicorum, ex quorũ domibus exierint prohibitionis ingreſſus Eccleſiæ quã ipſo facto incurrant.

Itẽ volumus, vt Curati omni ſtudio aduertãt, ne iure Eccleſiaſtica ſepulturæ interdicti ulla ratione ad ſepeliendũ in Eccleſia adducãtur, ſub graui noſtro arbitrio pœna

Eccleſiaſticas verò ſepulturas caueant curati, ne venales ſub quouis prætextu habeãt grauiſsimè etenim plectẽtur. miſerabiles etiã perſonæ gratis ſepeliantur, nũlluſq. niſi ſaltem duodecim à mortis pũcto horis elapſis humetur, neq. ãte ortũ vel poſt occasũ Solis mortui ad ſepulturam efferãtur.

Cum contigerit Clericũ, aut Presbyterum aliquẽ ex hac vita ad ſuperos, vt piè credendum eſt, migrare, Eccleſiaſtico ijdẽ habitu, pro dignitate, & ordinatione quẽ

obtinent, dum vixerint induti ad Ecclesiam efferantur: Omnesq. Clerici dato ad id campanæ signo, in defuncti ædibus conueniant, ipsumq consocient, & defuncti feretrum humeris proprijs gestent, Clerici Clericum, Diaconi, Diaconum, & cæteri ordines, sui ordinis defunctum, si id commodè fieri potest, sub pœna priuationis semestris portionis, sepultoq. cadauere, ipsius nomen, & cognomen & Ecclesiam in qua humabitur, Rector adnotet iuxta seriem inferius adnotandã in libro ad hunc effectum per Rectores eosdem tenẽdo.

Formula adnotandi mortuos.

MOrtuus est Andreas, sepultus in Ecclesia Sancti Vincentij, & ponatur si condidit testamentum manu cuius Notarij, ac si legauit pro anima sua, & describantur legata pia summariè saltem, etsi intestatus decesserit, dicatur intestatus.

Defe-

De Festorum obseruatione.

INter omnia, quæ diuinorum beneficiorũ, & nostræ pietatis erga ipsius Sanctos cultũ, & piã memoriã præcipuè præseferũt, nõ vltimũ profectò locum obtinuit statuta, et frequẽs dierũ festorũ obseruatio, in quibus à rebus omnibus seruilibus cessantes nos ipsos, actionesq. omnes diuino numini suorũq. Sãctorũ veneration i sponte, ac deuotè addicimus, & dicamus.

In omnibus igitur diebus festiuis, siue ex Ecclesiæ instituto, siue ex longa nostræ Ciuitatis, & Diœcesis consuetudine artifices omnes ab artibus illiberalibus cessare, omnesq. non modo Clericos, sed Laicos à quibuscũq. illicitis iudiciorum agitationibus, emporijs, nundinis, mercibus, ludis, circulationibus, cõmedijs, vanis spectaculis, cursibus equorũ ante Missæ Sacrificiũ peractum, etiam à rebus comestibilibus vẽdendis, prorsus abstinere decernimus.

Festa autẽ, quæ præter omnes dies Dominicos per Annum in hac Ciuitate, & Diœcesi nostræ inuiolabiliter obseruari præcipimus sunt hæc sequen. videlicet.

IANVARII.

1 Circumcisio Domini.
6 Epiphania Domini.
17 S. Antonij Abbatis.

FEBRVARII.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
24 Matthiæ Apostoli.

MARTIVS.

7 Thomæ de Aquino.
19 Iosephi Confessoris,
25 Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

APRILIS.

25 Marci Euangelistæ.

MAIVS.

1 Philippi, & Iacobi Apostolorum.
3 Inuentio Sanctæ Crucis.
17 Restitutæ Virginis, & Martyris.

IVNIVS.

15 Viti, Modesti, & Crescentiæ per Casale Forigij tantum.
24 Natiuitas Io. Baptistæ.
29 Petri, & Pauli Apostolorum.

IVLIVS.

2 Visitatio Beatæ Mariæ Virginis.
25 Iacobi Apostoli.
26 Annæ Matris B. Virginis Mariæ.

AVGVSTVS.

5 Sanctæ Mariæ del Soccorso.
6 Transfiguratio Domini.
10 Laurentij Martyris.
15 Assumptio B. Mariæ Virginis.
25 Bartholomæi Apostoli.
28 Augustini Episcopi, & Ecclesiæ Doct.

SEPTEMBER.

8 Natiuitas Beatæ Mariæ Virginis.
19 Ianuarij, & sociorum.
21 Matthęi Apostoli.
29 Dedicatio Michaelis Archangeli.

OCTOBER.

18 Lucæ Euangelistæ.
28 Simonis, & Iudæ.

NO-



NOVEMBER.

1 Festum omnium Sanctorum.
2 Cõmemoratio omniũ fideliũ Defunctorũ p horã Missarũ per Ciuitatẽ, & Diœc.
11 Martini Pontificis.
25 Catherinæ Virginis, & Martyris.
30 Andreæ Apostoli.

DECEMBER.

8 Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.
13 Luciæ Virginis, & Martyris.
21 Thomæ Apostoli.
25 Natiuitas D. N. Iesu Christi.
26 Stephani Protomartyris.
27 Ioannis Euangelistæ.
28 Festum SS. Inocẽtum per horas Missarũ.

FESTA MOBILIA.

Resurrectio D. N. Iesu Christi cum duobus sequen. diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes cum duobus sequen. diebus.
Solemnitas Sanctissimi Corporis Christi.
Feria quarta Cinerum per horas Missarum in Ciuitate.
Feria quinta in Cœna Domini.
Feria sesta in Paraseeue per horas Missarũ.
Sabbatum Sanctum per horas Missarum.

De re-

De residentia. Cap. I.

QVoniam non parum cura, et salutis animarum cõmissi gregis interest, vt Pastor assidue adsit, vt sic eiusdẽ necessitatibus omnibus prasto esse possit. Idcirco pracipimus, vt omnes nostra Ciuitatis, & Diœcesis, Curati infra tres Menses suarũ Ecclesiarum districtũ incolant, sub pœna tertia partis fructuum Ecclesiarum pauperibus eiusdem Parochia nostro arbitrio distribuendorum, nec vnquam discedentes propriam curam deserant; sed si qua maxima vrgeret necessitas nõ recedant, iuxta Sacri Cõcilij Trid. Canonicas sanctiones absq. nostra expressa, seu Vicarij licẽtia, atq. à nobis approbato Sacerdote per illud tempus in suum munus substituto. Vicarius autem, etiam Foraneus eãdem licentiam, qua paucorum dierũ spatium excedat nobis inconsultis minimè concedat.

Cap. II.

CAP. II.

PResbyteri verò, quibus animarum cura non fuerit commissa vltra tempus à Sacro Concilio Tridẽtino permissum abesse minimè audeant, si qui ex Ecclesia necessitate fuerint à Vicario adesse compulsi, sub grauissima pœna nõ discedant. Extra verò Diœcesim nunquam sine licentia recedant, quam vbi necessitas adfuerit, possint ad duodecim dies à Foraneis habere, vltra verò non nisi à nostro Vicario Generali.

De Parochis. Cap. I.

INtelligentes quam sedulo pastori necesse sit proprium gregem rectè dignoscere, in cuius cura studiosa, & assidua opus est vigilantia, vt promptus, & paratus sit in ipsius opem, vbi lupus ad ipsã irrepat dispergẽdã, ac deuorãdã; Mãdamus, ut nostra Ciuitatis, & Diœcesis Parochi

rochi omnes, ne anima ſua cura commiſſa, nulla ratione ſpirituali cibo priuentur, diebus omnibus Dominicis, & feſtis poſt Miſſæ offertorium Populo vniuerſo futuros hebdomadæ dies feſtos ſupra adnotatos, & alios, ſi quos fuerint, pranuntient, ſpirituali ſermone, ad diuinum cultũ piè proſequentes eundem populum accendãt, atq. hortentur, vel ſaltem Euangeliũ exponant, iuxta literam. Præcipimus quoq. diebus omnibus Dominicis, ac feſtis, Chriſtianã Doctrinam ignaros pueros doceãt, Patresfamilias iugiter hortantes, vt filios aſſiduè mittere peragant, ad dicendã optimam Chriſtianæ viuẽdi normam, & ſalutaria Chriſti, & Eccleſiæ Sanctæ præcepta inhibenda.

Item volumus, vt Curati omni ſtudio èlaborent, vt Parochiæ ſuæ omnes ſaltem die Dominico Reſurrectionis vbi deuotè confeſſi fuerint Sanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumant, quod ſi quis, id im-

piè omiserit, ipsos commonefaciāt, siq. monitis neglectis post quindecim dies ad hæc obstinatè perseuerent, nobis denuntient, vel nobis absentibus nostro Generali Vicario, vt debitè prouidere possimus. Qui verò absentes fuerint, volumus, vt fidem cõfessionis præstita ostendant, quã si eodem temporis spatio minimè ostendent in numero nõ confessatorum adscribantur.

CAP. II.

ET quoniam Pastores ouium, sibi cõmissarum statuum cognitionẽ optimam habere tenentur, volumus, vt Curati omnes librum habeant, in quo nomen, & cognomẽ Parochianorũ suorũ adnotẽt, tenoris inferius adnotati, videlicet.

In domo Iosephi habitant Petrus, & Magdalena eius vxor.

Vrbanus, & Paula eius filij.

Alphonsus eorum famulus.

Clementia Ancilla.

Locusq.

Locusq. vacuus relinquatur, vt nascitura, vel alia persona describi possint, ac in cuiusuis nominis Margine adnotetur, qui ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipiendum apti. Quiq. Chrismatis Sacramento confirmati sunt.

Mandamus præterea, vt possibili industria elaborent, vt sacra Tabernacula, in quibus Eucharistiæ Sacramentum atq. Oleum sanctum custoditur, purgatissima existant, Lumenq. dies, noctesq. ante ipsum semper existat accensum. Oleum verò Sanctum singulis annis renouari uolumus uetus verò comburi, neq. eo quouis quæsito colore vllo pacto quemquam vti volumus, sub pœnis in sacris Canonibus contentis.

CAP. III.

CVmq. non liceat immittere falcem in messem alienam, sancimus, vt nemo audeat in alterius Parochia Sacramenta administrare absq. nostra,

vel proprij Parochi expressa licentia, qui tamẽ alias ad id sit idoneus, præter Sacramẽtalem Cõmunionem, quã Paschatis tẽpore, neq etiã administrare liceat, nisi tales sint, quibus ex indulto Apostolico prædicta etiam in aliena Parochia exercere permittatur: Transgressores verò in suspensione, & pœnas arbitrarias incidisse statuimus.

CAP. IIII.

VSu sepè venire cõsueuit, vt inuitis parentibus ex accidenti ab ijsdem in proprijs cubilibus infantes miserè necentur. Idcirco omnibus Curatis nostræ Iurisdictionis præcipimus, vt omnibus, qui filios susceperint denunciet, ne sub excommunicationis pœna, per quindecim Menses nullo pacto in proprijs cubilibus pueros secum detinere audeant.

CAP. V.

VOlumus præterea, vt saltẽ quauis Sabbati

bati die curati omnes, & cæteri Ecclesiæ Rectores suas Ecclesias immũdicijs aranearum telis, alijsue similibus expurgandas curent. Altaria puluere expoliẽt, quouis die Dominica ante Missam, aquãre nouent, & benedicant, & dum diuina celebrantur Officia, nullo pacto quempiam per Ecclesiam variè spatiari, & inaniter colloqui permittant, nec Laicos in choro manere, in quo duas semper Tabellas detineri volumus, in quarum vna chorus, in altera silẽtium describatur, neq. Clericum, aut Religiosum aliquem chirothecas in Choro ferre, sub quouis prætextu sinant, nullus autẽ Curatus, siue Beneficiatus Annulo, vel serico collari vtatur.

CAP. VI.

INtelligentes quam exiguus sit nostræ Ciuitatis, & Diœcesis Presbyterorũ numerus, nolumus eodem tempore binas, aut ternas simul Missas celebrari, sed

vicis-

vicissim eas egredi.

CAP. VII.

ITem volumus, vt Parochi omnes Laicos commonefaciãt, vt quisq. suorum mortuorum monumenta Lapide operiat, tùm ad Ecclesiæ ornatum, & commodum, tùm ad fœtores, qui ex cadaueribus eleuari possent præcauendos.

SESSIO SECVNDA

Celebrata, die decimaquarta eiusdem Mensis, & Anni.

De Sacramentis in genere. Cap. I.

QVM peccatorum remissionem cælestemq. gratiam Sacramẽtis meditãtibus, diuina misericordia acquiramus, non solum illa summa veneratione, sed & animi pietate, ac remota, prorsus quacũq. simonia, & auaritiæ labe administranda sunt.

Cura-

Curati igitur, cæteriq. Sacramentorũ administratores sint, absq. peccato saltem mortali, et ad pœnitentia, ac alia Ecclesiastica Sacramẽta frequẽtanda sibi cõmissũ gregem hortentur, caueãt ne in eorum administratione aliquid exigãt, seu directè, vel indirectè petant, sub pœnis à iure inflictis, & vltra illas alias arbitrio nostro:

CAP. II.

SAcramenta pertractantes Sãcta Romana Ecclesia ritus, & caremonias adhibeant.

De Baptismo Cap. I.

QVM Baptismatis Sacramentũ sit aliorum Sacramentorum ianua scriptumq. propterea reliquerit nobis in Euangelio Dominus Noster Iesus Christus, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Idcirco curatis, cæte-

cæteriſq. Sacramentorum adminiſtratoribus, mandamus, vt infantes quamprimum baptizari procurent, nec ſine noſtra licentia, vltra octo dies abſq. baptiſmate teneantur. Compatres plures non admittant, quam Maſculum vnum, & fœminam ad ſummum iuxta ſacri Concilij Tridentini Præcepta. Clerici verò ad Baptiſmatis, vel confirmationis Sacramentum, præſertim à mulieribus vocati, abſq; noſtra licentia eis cum ſcandalum inde oriturum non ſit, condenda accedere non audeant.

Sanctorum nomina baptizandis imponi pro viribus curent, baptizenturq. præter neceſſitatis casũ in baptiſmali Eccleſia à Sacerdotibus, & quia interdũ ab obſtetricibus hoc Sacramẽtum exercetur examinentur, & edoceantur obſtatrices prædicta ſingulis annis per ordinariam an rectã baptizãdi formã intelligãt, illorũq. nomina, & cognomina in libro baptizato-

rum

rũ ſcribãtur. Infraſcripto modo, videlicet.

Die Menſe & Anno.

Fuit baptizatus à me Philippo, filius, vel filia Franciſci, vel Lucretiæ coniugum meæ Parochiæ natus, vel nata, die tali, fuitq; impoſitum ei nomen Ioannes, Compatres ſuſceperunt, Nicolaus, & Bernardinus ex Parochia Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi.

CAP. II.

SI verò ad ſcandala euitanda parentum nomina publicari non expediat; Compatrum ad minus, & baptizati nomen omnino in libro præfato adnotetur.

CAP. III.

PRo Baptiſmi Sacramento nihil, etiã ſponte, oblatum accipiatur contrauenientes ſeuere à nobis plectendos ſciant Compatres, qui ſacro Chriſmate

confirmati non ſint, aliquauè cenſura Eccleſiaſtica irretiti, ſiuè Pater Noſter, ſalutationem Angelicam, Apoſtolorũ Symbolum, & decem præcepta legis ignorantes non admittantur.

Meminerint Parochi Compatres edocere de eorum erga Infantes debito.

De Sacramento confirmationis.

CAP. I.

CVM viuentibus cõfirmationis Sacramentum optimum ſit præſidiũ, perquirant diligenter Parochi, quot annis ante Sacratiſſimum Penthecoſtes tempus, an aliqui ex earũ Parochia ſint, qui Sacramento hoc antea confirmati non fuerint, ſeptemnio non minores, eorumq. nomina deſcribant, vt illos confirmare poſſimus, quod Sacramentum in proximè futura Penthecoſte omninò exercebitur.

CAP. II.

EAdemq. in Compatribus admittẽdis ad hoc Sacramentum obſeruẽtur, quæ ſupra in proximo capitulo de Baptiſmo ſtatuimus, ſignatiq. verò in libro ſcribantur iuxta ſequentẽ formam: Die Menſe & Anno Confirmatus, vel confirmata fuit per Reuerendiſſimum N. Epiſcopum Iſclanũ aut alium Epiſcopum Marius, vel Lucretia, filius, vel filia Pauli, & Cahterinæ cõiugum meæ Parochiæ & fuit Patrinus, vel Patrina, Angelus, vel Eliſabeth ex Parochia ſanctæ Agathæ.

De Euchariſtiæ Sacram^to. Cap. I.

ETſi Sacramenta omnia totidem vidẽtur accenſæ faces humanis cordibus admotæ, quibus ad diuinum amorem inflammentur, Sanctum tamen

Eucharistiæ Sacramentum præter cætera vndiq. cumulo facto diuini Amoris notas sperat, quod vnum à mortali hoc orbe ad immortalitatis gloriam Dominus Noster Iesus Christus euolans pretiosissimum æternum sui amoris pignus reliquit, in quo vno suam nobis diuinitatem cum humanitate coniunctam tradidit, quocirca omnibus Curatis, & Concionatoribus præcipimus, vt sedulò iugiter elaborent in omnibus nostræ Ciuitatis, & diœcesis hortandis ad tanti Sacramenti beneficium grata, piaq. memoria colendum ad tam insignem gratiam deuotè recognoscendam, & ad ipsius frequentem vsum accedant diligenti peccatorum confessione varijsq. præmissis, & effusis summa cum humilitate, ac puritate ad Deum precibus, Mulieres præsertim monentes, nedum ad ipsum accedunt vlla ratione fucis sese oblineentur vnguentis concinnent capillos, crispent, & calamistris inurant diuectos, et vanas ue-

stes

ſtes induant, ſed interiorem potius cõſcientiæ faciem, innocentiæ integritate, omnibuſq. Chriſtianis virtutibus exornent.

CAP. II.

ITem Curati, adoleſcentes non prius ad tàm Sacroſanctum Sacramentũ admittant, quam eos, et ætate, & ingenio polleant, vt tanti pabuli aſſumptionem rectè dijudicare, & expendere valeant, optimèq. ſint fidei rudimentis inſtructi, & cum Sacramentum hoc extra Miſſæ ſolemnia miniſtrabunt, mundam habeant Mappam, quam ad communicantium ora apponant diligenterq. animaduertãt, ne qua particula inter miniſtrãdum excidat, ſed è pixide, ſeu Calice eam miniſtrent habeantq. Ciathum, vel aliud vas, formam tamen Calicis non habens, ne rudes ſub vtraq. ſpecie Sacramentum ſuſcipere credãt, quò vtãtur ad purificandum eos, qui præfatum Sanctum Sacra-

men-

mentum assumpserint, neq. alia vlla inter ipsum adhibeant, sed ad huiusmodi vnum seruitium, in sacrario adseruent.

Item Parochi vbi pios viros ad tantũ Sacramentum accedentes communicãdo nullo pratextu eleemosinam petere, vel per se vel per alios audeant.

CAP. III.

CVm dictum Sacramẽtum ad infirmos ferre opus fuerit, pulsetur antea Campana ad cõfratres alios q. pios homines conuocandos, qui tantum Dominum comitari velint. Curatus q. animaduertat, vt ipsum lumina accensa praecedant, & saltẽ duo Clerici superpelliceo induti, ipse verò superpelliceo Stola, & Pluuiali sit ornatus, si id commodi fieri potest, adhibeatur Tintinnabulum, vmbrilla Vasculum Argenteum panno serico coopertum particulas autem duas ad minus deferat, vt vna saltem remaneat,

neat, vt ipso ad Ecclesiam redeunte populus inane Vasculum non adoret, si autem sine Eucharistia reuerti contigerit nullo pacto Curatus luminibus accensis, aut apparenti Vasculo, & sacris inductus vestibus reuertatur.

Noctu nullo pacto, nisi certum vitæ discrimen immineat tãtum efferat curatus agrotis Sacramentum, & prius exscripto testimonium habeat agrotos cõfessos fuisse.

Aduertant etiam, vt Cubiculũ agroti in quod Sacrosanctum istud Sacramentum est deferendum, nullas habeat vanas & lasciuas Picturas, mensamq. habeat paratam decenter instructam luminibus in ea accensis, in qua possit Sanctissimum Sacramentum collocari, dum vel Infirmus si opus fuerit reconcilietur, vel prauia alia precis effudentur:

Videat quoq. an infirmus uehemẽti vomitu laboret, quod si fortasse fuerit communionem aliquantum differat.

De

De pœnitẽtię Sacramento. Cap. I.

TAm insigni æternoq. nos miseros mortales in multa scelera facile proclives summus Deus amore prosequitur, vt non modo originali crimini obnoxios, æternaq. mortis reos Sacro baptismatis fonte perfuderit, quo omnis penitus culpa deleretur suaq. diuina gratia donaremur, verum etiam, pœnitentiæ, & confessionis Sacramentum nobis liberalissimè fuerit elargitum, quo cadentes erigeremur debiles roboraremur, & ad salutis portum fluctuantes proueheremur, exhibuit nimirũ probatis sacerdotibus auctoritatem, vt vbi ad ipsius pedes humiliter pœnitentes prauia peccatorum discussione nostra confiteremur commissa scelera, ab ijs nos absoluere ijs integrum esset.

Quocirca volumus, vt Curatus quisquis crebro suos moneat Parochos ad pœnitentiæ & confessionis peccatorum salutare

tare remedium ſæpè frequentandum, ſuadentes ad nullo pacto confeſsionem vſq. ad maiorem hebdomadam prorogãdam, eoſq. præſertim, qui ſemel in Anno confiteri conſueuerint, eoſdem etiã docentes, vt Confeſsioni conſcientiarum diligens examen præponant.

CAP. II.

ATq. quanti ſit, tantum Sacramentum momenti intelligentes, nolumus exerceri, niſi à peritis viris: quamobrem poſt hac reuocamus, & annullamus omnes, & quaſcunq. facultates Presbyteris tàm ſecularibus, quàm regularibus traditas præterquam curatis, ad quam Confeſsionem exercendam neminem admitti volumus, niſi à nobis, vel noſtro Vicario, & ſynodalibus examinatoribus, diligenti examine examinati, & approbati fuerint, exceptis ſemper caſibus in Bulla Cœna Domini, & nobis reſer-

uatis, & semel in posterum probatos nunquam reprobari volumus, nisi & causa, & eorum, aut defectu, aut insigni scandalo, iuxta constitutionem cxxxv. fel. rec. Pij PP. Quinti, saluo nobis iure expedrē di licentias, & approbandi ad tempus.

CAP. III.

DEcernimus etiam dictos Confessores huiusmodi Sacramẽtum, nisi summa necessitate impulsos noctu nullo pacto administrare, quo scandala, quæ oriri possunt, euitentur: Cum autem in Ecclesia erit administrãdum confessor in suo Confessionario, superliceo, stolaq. indutus maneat, & ante ortum solis, & post occasum vlla ratione mulieres confiteri audeat, nisi vt supra insinuatum est, necessitas maxima vrgeret, sub pœna nostro arbitrio, & ammissionis distributionis mensuariæ.

Item

CAP. IIII.

ITem confessarij omnes in confessionali Bullam in Cœna Domini legi solitã affigant, & casus nobis reseruatos, atque in pœnitentis partem, vel Sanctissimi Crucifixi imaginem, aut alterius Sãcti, pro cuius Sacramenti administratione eleemosinas nõ petant, nec pecuniarias pœnitentias imponant sibi applicandas.

CAP. V.

ET quoniam iuxta Sac. Cõc. Trid. præcepta in Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesijs in quibus Pœnitentiarius non adest prabenda pœnitentiaria per ordinarium erigenda est, idcirco dicta Sacra Tridentina Synodus constitutionibus inhærendo dictam prabendã erigendam duximus.

Cumq; secũdum Sacrorũ Canonũ formam prabẽda Canonicatui annexa esse

debeat, Idcirco vnam pœnitentiariã prebendam, pro vno pœnitentiario Canonico similiter creando de nostri Capituli consensu more solito, coadunati, iuxta eiusdẽ Concilij formam, erigẽdam duximus, prout præsentium tenore perpetuo erigimus. Qui Canonicus Pœnitentiarius confessiones audiat, aliaq. onera à predicta Tridentina Synodo statuta subeat. Nec non pro dicta prabenda dote, perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica, cũ primũ in Ciuitate, seu Diœcesi nostra vacatura, ad ualorem annuum decem ducatorum ad minus ascendentia, assignamus, dictisq. canonicatui, & prabenda de eiusdem Capituli nostri consensu perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus. Et quoniam canonicatum, & prabendam predictos, sicut præfertur erectos, quam primum cõferri, ne anima, nobis à summo Deo commissa, aliquod detrimentum patiãtur prouiribus curandum est. Idcirco præsentiũ

tenore,

tenore, statuimus, & ordinamus, vt statim Edicta proponantur, & affigantur ad hoc, vt omnibus notum sit, nos canonicatũ, & prabendam, pradictos, persona magis idonea collaturos, qui quidem ordo, perpetuis, futuris temporibus, cum eosdem canonicatum, & prabendam vacare contigerit, obseruetur.

Declarantes quod ad prabendam pradictam, quicunq; dignitates etiam maiores post pontificalem, ac canonicatus in nostra Ecclesia obtinentes, omnes cum eosdẽ canonicatum, & prabendam, vacare contigerit, concurrere possint, & si aliquis dignitatem obtinens, cæteris magis idoneis repertus fuerit, remaneat in eadem dignitate cũ prabenda pœnitentiaria, & prabẽda, qua approbatus sic in dignitate cõstitutus obtinebat cõferatur cum Canonicatu vacante. Idemq; obseruetur, si Canonicus aliquis cæteris magis idoneus, ut supra ad prabendam pradictam repertus fuerit.

Ca-

Casus Reseruati Reuerendissimo Domino Episcopo.

1 ABsoluentes excõmunicatos maiori excommunicatione.

2 Deum, ac Beatam Virginem blasphemantes, ac damonum ex consuetudine Sanctum appellantes.

3 Sacrilegos diuinatores, & incantatores, cum tacita, vel expressa damonum inuocatione.

4 Raptores, & Violatores Virginum, etiam cũ expressa promissione Matrimonij, vel Dotis.

5 Homicidium voluntarium committentes, Mandantes, & Procurãtes.

6 Verberantes Patrem, & Matrem.

7 Abutentes Oleo Sancto, vel alijs Sacris rebus.

8 Procurantes abortum post animatum fœtum.

9 Falsificantes instrumenta Apochas

aliasue scripturas in damnum tertij similiterq; falsum deponentes.

10 Vsurariorũ, & aliorum illicitorum contractus committentes vel scribentes scienter.

11 Concubinarij publici, tàm clerici, quàm laici.

12 Incestus in primo, secundo, & tertio gradu consanguinitatis & affinitatis ita ut Masculi tantum comprehendantur, & in cognatione spirituali etiam.

13 Coeuntes cum brutis, & Sodomiti, & nefandum Crimen.

14 Incendiarij voluntarij, eorumq; fautores, & consultores.

15 Legatis pijs non satisfacientes, notarij, illa infra tres menses postquam monitiones in Parochiali facta fuerint qua quotannis fieri debeant, nõ denuntiantes bona Ecclesiastica, & locorum piorum detinentes, Eccle-

sijsq;

sijsq; ac locis prædictis recognitiones debitas non soluentes.

16. Legentes, & detinentes scienter libros prohibitos.

17 Accedentes ad Monasteria monialium, ingredientes illarum clausuram, vel alloquẽtes cum illis sine nostra, uel nostri Vicarij licẽtia in scriptis, vel aliẽ verbo ita quod si habuerit licẽtia loquendi cũ aliqua particulari, loquens cum alijs incidat.

18 Incidentes arbores, damnificãtes possessiones, detinentes scripturas publicas, vel priuatas, aliqua bona Episcopalis mensæ Isclanæ, vel aliarum Ecclesiarum occupantes.

19 Sponsus, & sponsa ante Matrimoniũ coram Parocho, & testibus cõtractũ carnaliter miscentes, seu cõuersantes absq; nostra licentia particulari.

20 Qui stateras mensuras q; adulterant, & corrumpunt.

21 In-

21 *Infamatores Prælatorũ publicè, vel priuatè.*

22 *Clerici non recitantes diuinum officium per dies duos continuos.*

23 *Qui libellos famosos emiserint literas, & scripturas quascunq; in alicuius personæ infamiam certo vel incerto Auctore scripserint, aut aliis indicauerint, fautores, consilium dantes, & participantes.*

24 *Sacrilegium per furtum, et rapinam, & sanguinis effusionẽ cum scãdalo.*

25 *Contrahentes Matrimonium Clandestinum.*

26 *Stipulantes contractus quoscunq; publicos, ac qui ibi pro testibus interfuerint diebus festiuis.*

Et alij addendi Arbitrio Reuerendiss.

Forma Absolutionis.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, à quo possim te absoluere,

absoluo te, & restituo te Sanctis Sacramẽtis Ecclesiæ communi, & vnitati fidelium In Nomine Patris, &c.

Misereatur tui, &c.

Indulgentiam absolutionem, &c.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius, qua fungor absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij &c.

Passio Domini Nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ, et omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augumentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

De Extrema Vnctione. Cap. I.

CVm plurima salutaria præsidia Dominus noster Iesus Christus hominibus reliquerit, quibus secundũ fluxæ huius vitæ stadium conficerei à criminum

minum incursionibus tuantur, suauissimamq; damonis insidiantis tyrannidem excutiat inter cætera, extremam sanctam reliquit vnctionem, qua è vita migrantes in summa illa vltimaq; diuinæ opis necessitate tutius fulcirentur, atq; communirentur mirum plani est, quantum efferat leuamen extremæ laboranti, & aggredientis mortis vltimiq. aduersus miseros mortales damonum conatus tentationibus fluctuanti secundum istud Sacramẽtum nimirum venialia peccata remittit mortaliaq. omnia quæ quisq. cõfiteri oblitus fuerit diuinam gratiam non mediocriter auget, & maximopere infirmum alleuiat spiritualem sanitatem impertiens, velocioremq. astrictionem ad Deum transitum concedit.

Idcircò volumus dictum Oleum Sanctum non in loco baptismatis aut Eucharistiæ adseruari, sed honesto quodam loco in vasculo argenteo, vel stanneo, in quo

inscriptum sit oleum infirmorum, cumq; illud ad infirmum aliquem deferre contingat. Curati illud particulari reuerentiæ significatione superpelliceo, stolaq; induti, ferant, duobus præcedentibus luminaribus dictumq; vasculum, in serica crumena collo appensa feratur.

CAP. II.

ITem volumus, vt Curati post ritè Sãctissimo Oleo agrotãtem illinitum minimè statim deserant, sed eum diuinis precibus adiuuare pro viribus laborent.

Quod Sacramentum in agonia colluctantibus pertinacibus, atq; impœnitentibus, vel in mortali, & notorio peccato existentibus, stultis, aut pueris rationis, ac iudicij expertibus minimè administrari volumus.

CAP. III.

MOnemus autem Parochos omnes, ut in sui

in ſui gregis cura ſedulò euigilent. Quocirca decernimus, quòd ſi forte infirmus, aliquis. (Quod Deus auertat,) abſq. Eccleſia, eorum defectu, Sacramentis è vita migraret, maximas grauiſsimaſq. pœnas incurrant, etiam in ſuorum beneficiorum priuationem. Cum verò huius modi Sacramentum eſt adminiſtrandum, campanæ ſignũ exhibeatur, quod tùm ab eo differat, quod in Sancto Euchariſtiæ Sacramento probetur.

De ordine, & ad eos promouẽdis.

CAP. I.

VT ad ordines ſiuè clericales minores, ſiuè ſacros poſtea gradatim promouendi pro dignitatis munere, quod obire debebunt, omnibus in cũctis ſplendeſcant: volumus, vt vbi quis prima Tonſura initiari petat, debeat prius nos de legitimo natali cryſmatis Sacramento, morum innocentia, Chriſtianæ fidei

dei eruditione certiores reddere.

CAP. II.

ITem volumus, vt linguam latinam calleant, vel saltem optimè legere, & scribere valeant, & saltem septimũ exclusiuè annum agant, prestito prius iuramento non secularis iudicij fugiẽdi causa, sed, vt Deo fidelem cultum prestent, id agere, ac exhibita per tertiam personam Clericalem cautione, quòd, si ad seculum redierint omnes, & quascũq. immunitates, quibus fruebantur vniuersitati restituturos, quotidièq. Officiũ Beatæ Mariæ Virginis feria sexta, Psalmos Pœnitentiales, & prima die mensis mortuorum officium recitaturos polliceantur.

CAP. III.

SVscepta verò prima Tonsura gradatim ad quatuor alios ordines inde minores ascendant, modò decimum

secun-

ſecundū ad minus annū agant, ac noſtris prius examinatoribus ſynodalibus ſeſe ſubiecerint, & vbi poſtea ad ordines ſacros progredi velint. Sancimus vt per mensē ante ſtatutum tempus, quod ex noſtro publico edicto ipſis denunciabitur, nobis repreſententur, vt de ipſorum vita, & morū integritate certiores reddamur, fidem curatorum, quorum ſeruituti fuerant adſcripti, ſuam per annum ſeruitutem exhibuiſſe ferentes, & feria 4. ante ordinationem, vel quando Prælato videbitur ad examen accerſantur. in quo pro ſuſcipiendi ordinis qualitate examinabuntur.

CAP. III.

ET quia praua principia bonus finis minimè cōſequi poteſt, volumus, vt ordinandi nullo pacto facinoroſi publici, ac ſolemnes pœnitentes, Ebrij, Guloſi, loquaces, quauis turpitudine infames, Amentes, Incogniti, & Peregrini:

Bi-

Bigami, quouis modo Irregulares, ſuſpenſi, & Excommunicati, Dementes, morbo caduco laborantes, Ignari, Illegitimè nati, Maledici, Detractores, Hiſtriones, Infames, Fures, Sacrilegi, Periuri, Raptores, Maleſici, Veneſici, Adulteri, Impudici, Sepulchrorum violatores, Homicida, falſarij, omneſq;, quos Eccleſiaſticum ius, Infamia notat, accuſati in Iudicio priusquàm cauſa definiatur, & non ſolum ex prædictis cauſis, ſed etiam ætatis defectu ad ordines ſuſcipiendos non admittantur.

CAP. IIII.

ITem ſancimus ordinandorum in ſacris, nomina, & cognomina prius in Eccleſia intermiſſarum ſolemnia publicari, nè in ijs aliquod eſſet ex prædictis legitimum impedimentum.

Poſtquam vero ad Sacri Presbyteratus ordinem fuerint promoti, impoſitum munus haud exerceant, niſi prius à nobis, vel

vel à nostro Vicario visum fuerit, an rectè, & ritè tantum munus, iuxta Sancta Romana Ecclesia ritus, ac Sacri Conc: Trid. constitutionis administrent.

De Sacramẽto Matrimonij. Cap. I.

MAtrimonij Sacrum vinculũ, quo genus propagantes mortalem carnalis criminis labem auersaremur institutum, vt ritè, ac religiosè colatur: sancimus vt nemo sub excommunicationis pœna, nisi peractis consuetis Ecclesiæ Cæremonijs contractum fuerit, matrimonium carnaliter copulare audeat, ad quod etiam coniuges, ne audeant suademus, nisi prius Sacerdotis benedictionem receperint, & Sacrosanctum, duobus, vel tribus ante diebus Eucharistiæ Sacramẽtum piè susceperint: Parochi verò triduò, tribus vicissim diebus festiuis inter missarum solemnia frequentiori populo contrahendum Matrimonium denuntient, siq;

diuersa sint cõiuges Parochiæ in ambabus Parochijs, ex ordine populo denuncietur quo peracto, fideq; quod nullũ adsit impedimentũ accepta illos coniungere poterũt.

CAP. II.

EXteri verò ad matrimonia non admittantur, nisi nobis prius consultis, atq; authentica proprij ordinarij fide delata, ac legitimè recognita, siue Testium fide dignorum testimonio examine in Curia nostra faciendo.

Si verò quispiam adeo contumax, ac sceleratus inueniretur, qui falsa impedimenta Matrimonij apponere auderet ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, impedimenta autem opposita, siuè vera, siuè falsa, nobis omnino sub graui pœnâ Parochus referat, siq. duobus mẽsibus à facta denunciatione, trãsactis, matrimonium, haud fuerit contractum, volumus iterum sub graui nostro arbitrio

pœna,

pœna denunciationes fieri, si alter coniugũ diù abfuerit, ſuſpicioq. ſit de ipſius interitù nunquam ad ſecunda vota tranſire alteri permittatur, niſi certi, hac de re, teſtes habeantur, ac in noſtra curia probẽtur ſub pœna noſtro arbitrio.

CAP. III.

DEcernimus præterea, vt ad dictũ Sacramentum, qui ſtatutam non habeant ætatem, et fidei optimè rudimentis non ſint inſtructi, nullo pacto nobis inconſultis admittantur.

CAP. IIII.

COntractoq; matrimonio inter cõiuges per verba de præſẽti, ſtatim Parochi coniugum nomen, & cognomen ac parentum ipſorum in libro per eoſdem curatos ad hũc effectum habendo adnotent, iuxtà inferius deſcriptam ſeriem.

Formula libri Matrimoniorum.

Die Mense Anno

MArius filius Francisci, & Maria contraxit Matrimoniũ per uerba de præsenti cum Antonia filia Nicolai, & Isabella præsẽti me Ioãne Cappellano Parochialis Ecclesiæ Sancti Viti, præsentibus Titio, & Ludouico testibus, præmissis denunciationibus tribus, uel duabus, aut unà prout à nobis fuerit concessũ, iuxtà Trid. Conc. dispositionem, quarum prima fuit die Dominico, uel festiuo Sancti Blasij, secunda, & tertia similiter, & nullum fuit repertum impedimentum.

CAP. V.

SI uerò fuerit aliquod impedimentũ, & dispensati cõiuges existant adnotetur dispensatio, etsi alter ex coniugibus fuerit ex aliena Parochia, vel Diocesi apponantur etiam quod in ipsis Parochijs

chijs similiter facta fuerũt admonitiones, & sub quo die.

SESSIO TERTIA.

Celebrata die xv. eiusdem mẽsis, & anni.

De Monialibus. Cap. I.

VT moniales virgines, quæ sensuum, & carnis uoluptatum illecebris spretis sese summo Deo dicarunt, à Dei seruitute nulla re abstrahantur, quietamq; vitam traducere possint, volumus, vt pro monasterij censibus atq; reditibus certus sit monacharum, numerus, qui commode monasterij impensis ali, & prouideri possit, quòd, si supra numerum aliqua claustri deuotione commota dictum Monasterium ingredi velit, nobis consultis permittimus, vt possint dote, seu eleemosina supra cõsuetum duplicata.

Cap.

CAP. II.

HOrtamur verò omnes Moniales, vt Calestis sui sponsi præceptis omnino sese conforment paupertatẽ præ cæteris colant, quam vt integrè seruẽt, Sãcimus, vt nullo pacto quicquã sibi proprijũ vlla ratione arrogare audeãt, sed omnia Abbatissæ consignentur, vt communitati applicet monasterij, & aliarum monialium necessitatibus. Quòd si Abbatissa aliquid voluerit alicui permittere, dummodo sibi opus fuerit, poterit: quicũq; autem in morte particulares moniales reliquerint, id totum monasterij esse declaramus, neq; sæculares quouis prætextu aliquid de ijs petere possint.

CAP. III.

ITem ex Sanctissimi D. N. Clementis vij. cõstitutionibus superioribus annis emanatis, Abbatissa, cæterisq; mo-

monialibus demandamus, nè vlla ratione, absq; nostro consensu, aliqua nisi minimi momenti bona vendere, alienare, donare, mutuare audeant, accepti etiam apochas Abbatissa nec faciat, nisi pra manibus pecunia per soluta statim in monasterij libro, notanda: si secus fiat, officio Abbatissa priuetur, factaq; Apoca Monasterium obligare non possint.

CAP. IIII.

MOnasterium verò sub excommunicationis pœna nemo audeat introire: Nec Medicus siue Artifex etiã ad necessaria Monasterij seruitia obeunda, absq; nostra, vel generalis nostri Vicarij expressa licentia: omnibusq; etiã cum nostra licentia intrãtibus, Moniales duæ ex senioribus assiduè vbiq. assistant, dato prius campanulæ signo, vt ex locis monasterij, per quos transeunt aliæ moniales discedant, quibus introeũtium seruiui-

uitium nomine sit necessarium.

CAP. V.

ITem mãdamus sub excõmunicationis pœna, ne vllus moniales quoquomodo alloqui audeat absq; nostra, vel nostri Generalis Vicarij expressa licentia.

De Collatione Beneficiorũ. Cap. I.

INtelligentes quantum à Christiana pietate alienus, turpis & pernicioſus ſit tractatus omnis, in quo vel Simonia, vel fraudis ſuſpicio aliqua exiſtat, & idcirco non modo ab ipſa, ſed etiam ab ipſius ſuſpicione ſit cauendum, viris Eccleſiaſticis, volumus, vt cum aliquis beneficio aliquo præſentatus, electus, vel quoquo modo prouiſus fuerit, priuſquàm inſtituatur, confirmetur, vel obtentæ prouiſionis gradum capiat, coram nobis vel noſtro generali Vicario iuret nullum omnino

Simo-

Simoniacum pactum inter ipsum, & patronos fuisse confectum, seu Electores, aut Collatores dicti beneficij.

CAP. II.

NEmini sub excõmunicationis pœna liceat beneficiato viuente, etiã per tertiam personam de futura præsentatione quouis modo agere, & præter professionis fidem volumus eosdem iuramẽtum vel coram nobis, vel coram Vicario nostro Generali præstare Ecclesiasticas facultates non alienaturum, nec nõ alienatas recuperaturum.

De Legatis Pijs. Cap. I.

CVm, & rationi, & Christianæ pietati consonum sit, vt quæ Ecclesijs pijsq. locis à deuotis Christi fidelibus ex testamento elargiantur integerrimè protestantis voluntate executioni

mandata omnia dictis locis statim tribuantur, volumus, vt post hac Notarij, siue alij, qui huiusmodi legata scripserint ad summum vnius mẽsis spatio nostro Vicario Generali in Ciuitate, foraneo in Diocesi denuncient: Vicarij verò omnes denũtiata nobis communicent, quin imò à Clericis omnibus, qui huiusmodi testamenta, siue pia legata confecerint, idem fieri volumus sub pœna nostro arbitrio, praterquàm quòd simili ommissa relatione, nolumus omnino à confessarijs absolui posse. nisi prius satisfecerint, quod etiam intelligi volumus de defunctorum hæredibus.

CAP. II.

ITem sancimus cum quis testamentum condiderit apertum, non prius à Curatis humari defunctũ, quàm optimè de ijs cognouerit, quæ in pietatis opera impendenda reliquerit.

Cap.

CAP. III.

SI vero aliquis adeò impius, et ab omni charitate alienus inueniretur, q̃ suas facultates quomodocũq; in pios vsus conuertere volẽtem dehortaretur, & auocaret, hunc ipso facto excommunicationis pœnam incurrere statuimus.

CAP. IIII.

HOrtamur praterea Curatos omnes, vt quã primũ sedulo huiusmodi legata exigant, & omnino de ijs pro morientiis, ac testantis voluntate disponãt, eaq; demum ipsa tractent pietate, qua Domini N. Iesu Christi bona promerentur.

CAP. V.

ET quia statutum est, vt qui seruit Altari, de Altari viuere debeat, sacris canonibus iuxtà facultates à Tridẽtina Synodo ordinarijs tributas in-

hærendo, cum post reductionẽ omnium, & singulorũ Anniuersariorũ, ac Missarũ celebrationẽ, cæteraq; onera, ad quæ Capitulum Canonici, & Presbyteri nostræ Cathedralis Ecclesiæ tenebantur à Sisto Papa V. fæl. rec. factã per literas Apostolicas in forma breuis, sub Anulo piscatoris expeditas & à bon. mem. Fabio Puluerino Prædecessore nostro, & tunc Isclano Episcopo exequutas, quarũ literarũ Sixti, ac Episcopi prædecessoris executionis tenorẽ præsẽtibus haberi volumus pro expresso nõnulla alia pia legata eidẽ Capitulo Canonicis & presbyteris à pluribus Christifidelibus diuersis tẽporibus relicta fuerunt, quæ in totum ad ducatos quadraginta monetæ Regni annuatim ascendunt, quorũ vigore Capitulũ Canonici & Presbyteri prædicti pro animabus dictorũ Christifideliũ Missas viginti qualibet hebdomada celebrare tenẽtur. Idcirco eorũdem Capituli & Cleri indemnitati consulere volentes in primis

dictam

dictam reductionem duodecim Missarũ quotidie celebrãdarũ necnõ vnius Missæ cantatæ hebdomadæ qualibet, & alterius Anniuersarij quouis mense à dicto Fabio prædecessore nostro vigore literarũ Sixti, vt præfertur factam quatenus opus sit cõfirmantes oẽsq; & singuli tàm Iuris, quàm facti, defectus si qui sint in omnibus & per omnia supplẽtes dictas viginti Missas ad quas singulis diebus Capitulum & Clerum Ecclesiæ Nostræ celebrandas tenetur, vigore legatorũ, post eãdem reductionẽ, vt præfertur factã ad Missam vnam quotidianam, & alterum Anniuersarium bimestre quolibet attento quod quadraginta tantum ducatos annuos ex legatis prædictis, vt supra dictum est, Capitulũ percipit tenore præsentiũ perpetuo reducimus sicq; inuiolabiliter in posterum obseruari, nec à quouis vllo vnquã tẽpore molestari, seu perturbari decernimus. Reseruato tamẽ bene placito sedis Apostolicæ quatenus opus sit.

Cap.

CAP. VI.

STatuimus insuper quod in quibuslibet nostra Ciuitatis & Dioceſis Eccleſiis, quas Rectores Miſſas in illis interdũ celebrare tenentur in poſterũ binas ſaltẽ in eiſdẽ Eccleſiis Miſſas celebrent, quolibet menſe ſub pœnis duarũ librarũ cera alba.

CAP. VII.

ITidẽ quoq; obſeruari volumus reſeruato in primis, vt ſup. quatenus opus ſit eiuſdẽ Sãctiß. D.N. beneplacito in legatis pijs pro Miſſarum celebratione à Chriſtifidelibus eccleſia S. Spiritus in ſub Vrbis Ciuitatis noſtra ſita, relictis pro quorum adimplemento teneatur eiuſdẽ Eccleſia Cappellanos Miſſam vnã pro carleno quolibet & non vltra celebrare.

De Societatibus Laicorum. Cap. I.

CVm à pijs hominibus ſeculariũ ſocietatũ erigendarũ ratio fuerit excogitata,

cogitata, in quibus pia opera exerceantur, quorum acerrimus hostis demon, nè in ijs zizaniam, & scandala serat, volumus, vt posthac absq; nostra, vel generalis nostri Vicarij expressa licentia, nemo huiusmodi societates inuentas erigere audeat.

CAP. II.

ITem volumus, vt dicti Confratres integrè sua approbata statuta obseruẽt, quicq; fidei rudimẽta ignorabit, vel publicus erit peccator ĩ hmõi pias sodalitates, nisi resipuerit, ad bonãq; frugẽ redierit, nullo pacto admittatur: siuerò aliquis iã ĩ hmõi pcõrũ frequẽtia inquinatus inueniatur, dũmodò monitus adhuc ptinaciter pſiſtat, arceatur

CAP. III.

VOlumus etiã, ut vbi, vel à nobis, uel à nostro generali Vicario, cui simile onus incumbit, publica aliqua processio indicetur, dictarum sodalitatum con-

confratres sub pœna nostro arbitrio processionaliter cum socijs processionẽ cõsocient.

CAP. IIII.

VNiuersi procuratores, Magistri, seu electi ad dictas sodalitates regendas, vel corã nobis, & nostro Vicario in Ciuitate, in Diœcesi verò corã foraneis iuramentum præstare debeãt vniuersorũ sodalitatis bonorũ inuentariũ cõficiẽdi, et, si quid pecuniæ superfuerit nobis cõsultis, atq; ex nostro cõsensu in cẽsus, aut simile sodalitatis cõmodũ, & fructũ cõuertãt, atq; trãsgressores ad oẽ interesse teneantur, nostroq; arbitrio priuẽtur, et plectãtur.

In electione verò nouorũ procuratorũ cõfratribus p̃dictis primo & 2.° cõsanguinitatis ꝓpria vota, et calculos exhibere nõ licet, exhibitosq; nullos ipso facto declaramus.

De Hospitalibus. Cap. I.

HOspitalia gubernentur ad formam præscriptam à sacro Concilio Tridentino

dẽtino ita Cõgreg. Ill.mor̃ DD. Cardinaliũ eiusdẽ Cõcilij interpretũ sæpius declaratũ.

CAP. II.

RAtio administrationis abvnoquoq; administratore singulis annis reddatur in manibus nostris, uel nostri Generalis Vicarij ad form. Clem. qa cõtingit de religiosis domibus minuatur à sacro Conc. Trid. sess. 7. c uli. & sess. 25. de refor. c. 8.

CAP. III.

IN ijs qua ad certũ peregrinorũ aut infirmorũ aut aliarũ pſonarũ genus suscipiẽdi instituta repiuntur, nec in loco ubi sunt dicta hospitalia similes pſona, aut pauciores repiuntur, fructus illorũ in aliũ pi: ũ usũ q eorũ institutioni proximior sit, aut p loco, et ipe vtiliorem cõuertãtur, prout Vic. nostro generali, et duobus alijs à nobis deputãdis rerũ vsus peritioribus magis expedire videbitur, nisi aliter fortè etiã in hũc euentũ in eorũ fundat.ne aut institut.ne fue-

rit expreſsũ, quo caſu q̃p ordinatũ fuit obſer-
uetur, aut ſi id fieri nõ poſsit, q̃ put ſupra uti-
liter prouideatur iuxta diſpoſitionẽ eiuſ-
dem Sacri Concilij Tridentini.

De libris prohibitis. Cap. I.

CVm libros typis imprimi ab Ecc. Sã
cta q̃mittatur, q̃p earũ lectione tãq̃
pabulo hominũ animi, atq; ingenia alãtur,
et ab ijs nõ modò rectè ſciendi, ſed etiã, vt
plurimũ rectè viuendi norma ediſcatur.
Idcirco libri nõnulli in quorũ lectione, qua
ſi ſub dulci melle latale animorũ venenũ la
tet: quippe q̃, aut hæreſibus, aut bonos mores
corrumpentibus verbis, ſentẽtijs, et exẽplis
ſint referti ab eadem ſuſpendũtur. Idcircò,
vt huic incõuenienti occurratur, decerni-
mus, vt libros omnes prohibitos in indice
ſignatos nemo noſtræ Ciuitatis, aut Diœce
ſis, vel legere, vel domi habere audeat ſub
pœnis cõtentis in conſtitutione Pij PP. V.
felicis recordationis ſuper hoc edita.

Cap.

CAP. II.

PRæcipimus præterea, vt laici, et Clerici oẽs librorũ quos habent notã particularẽ, vel nobis, vel nostro Vic. ũtra bimestrem, à die publicationis p̃sẽtis Synodi afferãt, sub pœna excõicationis. Nolumusq; Cõfessores eos nobis incõsultis absoluere si huiusmodi libros vel legãt vel domi habeant.

Item interdicimus omnino Sacram Bibliam vulgari sermone conuersam, libros omnes ad Iudiciariam artem pertinẽtes.

De Concubinarijs. Cap. I.

GRaue scelus est homines solutos concubinas habere grauissimum verò coniugatos.

Nam p̃ter scandala aĩaq; periculũ vnũ inter cætera id crimen est qp maximè castissimas mulieres exasperare solet, dũ suũ Thorũ, et fidẽ sibi datã violari vidẽt ab eorũ Maritis. Idcirco, vt ad eã quã decet, cõtinẽtiã uitaq; integritatẽ ministri Eccle-

reuocẽtur, et Laici in dãnationis ſtatu uiuere nõ audeãt. Statuimus, ut decreta Sa. Cõc. Trid. de Cõcubinarijs, & edicta noſtra ſuꝑ his ædita et ꝓmulgata obſeruẽtur, quibus omnibus ꝑcipimus, ac mãdamus, vt ſub pœna excõmunicationis, et alijs pœnis à iure ſtatutis, et in prædictis edictis cõtẽtis infra duodecim dierũ ſpatiũ cõcubinas eijciant, nullãq; in poſterũ, cũ illis, neq; etiam cum alijs conſuetudinem habeant.

CAP. II.

SAncimus præterea, animarũ ſalutipro ſpiciẽdo vt Curati oẽs aſſiduè ſuæ Parochiæ concubinariorũ nomina et cognomina nobis denuntient, quòd, ſi ab alijs certiores reddemur, ipſiq; id negligẽter agere omiſerint pœnã librarũ viginti ceræ laboratæ locis pijs applicandam incurrant.

De Capitulo. Cap. I.

QVoniã multorũ cõſilia plurima etiã cõmoda, multaſq; utilitates afferre

ferre cõſueuerũt, maturiuſq; rebus oĩbus iudiciũ ferũt, ideo noſtrũ Capitulũ uolumus ſtatutis tẽporibus cõgregari, ut æqua lance poſſit gubernari rectèq. neceſſitatib. oĩb. cõſulere. Nolumus autẽ vnquã in grauibus negocijs nobis uel noſtro Vic. inſcijs cõuocari. Imò uolumus prius Schedulã, in qua oĩa agenda ſint notata videre, et, ſi videbitur ſubſcribere. CAP. II.

CApitulũ etiã nolumus importunis horis, quãdo diuina celebrantur officia, cõuocari, nè diuinis officijs ſit impedimẽto.

CAP. III.

ELectiones oẽs ĩ capitulo agẽdæ cõſulrò, & ſecretæ agãtur. nemoq; audeat eas ſub quouis prætextu ꝓcurare, ſed quilibet ex diuini ſpiritus afflatu, atq; inſtinctu expectet, ipſiq; uni acceptum habeat, qui, ut in Capitulo reſideat, debẽt oẽs precari immortalem Deũ. Quod, ſi aliquis eſſet, qui probaretur officiũ capitulare procuraſſe, et

ſuf-

ſuffragia ad id quaſiuerit: acceptum hoc pacto officium nullum declaramus.

CAP. IIII.

ITem volumus, ut antequam Capitulum inſtituatur infraſcripta ſemper oratio decantetur. videlicet.

Veni Sancte Spiritus, cum Verſ. & eius oratione.

De dignitatibus i Cathedrali exiſtẽtibus.

CVm in noſtra Cathedrali Eccleſia tres adſint dignitates quarum maior poſt Põtificalẽ Primiceriatus: ſecunda uerò Archidiaconatus, ac tertia, cui cura imminet Animarum Archipresbyteratus nominentur. cumq; fructus prabẽdæ maioris dignitatis ducatum vnum quolibet anno nõ excedãt: Archipresbiteratus licet Curati valde tenues exiſtãt, Archidiaconatus uero annuos reditus ducatorum cẽtum vel circa habeat. Idcirco Primiceratus, et

Ar-

Archipresbyteratus dignitatibus, ac illas pro tempore obtinentium indemnitati cõsulere uolentes, tertiam partem fructuum ab Archidiaconatu ꝑpetuis futuris tẽporibus sine praiud. illum nunc obtinẽtes de nostri Capituli cõsensu dismẽbramus, hãcq; tertiã partẽ, sic, ut ꝑfertur dismembratã de simili cõsensu eisdẽ Primiceriatui, et Archiꝑsbyteratui; ratã videlicet dicta tertia partis vnicuiq., tàm vigore Sacri Conc. Tri. quàm alias omni meliori modo, quo possumus auctoritate, qua fungimur perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

De Choro, & Sacris Ceremonijs.

CAP. I.

QVãta sit chori dignitas vel ex eo intelligitur, quòd ĩ nulla re adeo Christiana hac militãs Ecclesia videt? Ecclesiã Triumphãtem referre: sicut. n. ĩ ea assiduè in Dei aspectu tuendo, et collaudãdo Angeli, et Archãgeli, & beata oẽs illa mentes persistunt.

ſiſtunt. Ita in hac quotidie ſtatis horis Eccleſiæ Miniſtri in choro cõueniunt ad diuinas laudes celebrãdas. Volumus igitur, vt S.m hoc Ecc.æ inſtitutum. i nostra Ciu. et Diœc. integerrimè ſeruetur: p̃ſcriptis horis quiſq. ſe in Ecc.am cõferat, et ex ſe impoſitum munus obeat ſub pœna noſtro arb.o. Item Laicos à Chori ingreſſu prohibemus. Item decernimus nè in eodem choro ad Deo gratias agendas inuento quiſpiã inania uerba effutire, de rebus ſæcularibus agere, familiariter cauillari, atq. iocari, & hæc ſimilia efficere audeat.

CAP II.

ITem Pſalmi, & Hymni aliæq. diuinæ laudes, quæ in Choro recitãtur, nõ cit.mè quaſi deuorentur, ſed diſtinctè per ĩterpoſitas vices Clerici cõcinant, Chori uerò Præfectus aduertat, ut id omne ſedulò ſeruetur, ſiq. quempiam minus dictis obſequentem inuenerit, vbi ſemel, aut bis monuerit noſtro Vic. Generali referat, qui graui pœna

na huiusq. delinquentes afficiat.

Horæ autem diuini officij recitandi ex statutis, et consuetudine distribuantur.

De Iudicijs. Cap. I.

IVdicia qua ad integrã incorruptamq. æquitatem tuendam sunt excogitata, ne suo fine frustentur, vbi per nos ad innocenter huiusmodi munus obeundum iudices fuerint electi, eosdem in Xpo hortamur, vt non modo quicq̃ cõmittere audeãt, q̃ diuinis humanisq. ac Sacris Canonibus aduersetur, sed etiam nihil omittere elaborent, q̃ in publicum bonum, & cõmodum ab ipsis meritò exigi possit, nõ amore, non odio, non proprio cõmodo, adducti dijudicent, sed ea sint iudicantes mente præditi, qua Deum Legisq. Latores, nõ homines pertimescãt, eumq. respicientes, atq. nõ̃ cipiti, sed certa quadam ĩcorrupti animi libertate unicuiq. suam propriam dignitatem, maiori reuerentiã, pari cõcordia, minori disciplinam,

nã, Deo obèdientiam, sibi sanctimoniam, egeno operosam misericordiam tribuant.

CAP. II.

ATq. vt omnia facilius ab ipsis peragantur, volumus vt in quibusdã leuibus causis, vt in causis alimẽtorum mercedũ agenorũ, et in dies uictũ ꝓprijs laboribus cõparãtiũ. In causis decimarũ legatorũ piorũ funeraliũ, aliorũq. caterorũ, his similiũ iudices causas q̃ primum absoluãt cum ordinariã iudicij formã in hisce casibus haud quaquam seruare teneãtur. Vtquè egestate oppressi iustitia minimè defraudẽtur, uolumus, vt in foro Episcopali procurator eligatur, qui huiusmodi miserabiliũ personarũ immunitati consulant, quos, vt id sedulo agant, maximè in Christo hortamur, atq; monemus.

CAP. III.

ITem uolumus, vt nullo prætextu, nostri officiales, et Vicarij ab ijs munera recipiant,

piant, neq; quidē oſculēta, et poculēta, qui cauſas in noſtro foro coràm ijs agant.

CAP. IIII.

DEcernimus quoq; nè denūciationes criminum admittantur, niſi cum denunciantis ſubſcriptione, etſi Vicario ui debitur poterunt ijdem compelli ad denuntiandum, & iuramentum præſtandum, ad relatorum veritatem probandam.

CAP. V.

COmpellātur etiā ſub Iuramēto Aduocati, & Procuratores Religioſas cauſas agētes ad eas quo decet ſilētio apud ſe retinendas, nullamq; in ijs fraudē cōmittendam, quòd, ſi non præſtiterint in iudicio non audiantur, actaq; earundem cauſarū tanq; arcana non reuelanda in particulari archiuio ad ſeruientur duabus concluſo clauibus, quarū una Vicario, et altera Notario tribuatur, quam nemini tradere audeat ſub graui noſtro arbitrio pœna.

CAP. VI.

NEuè vllus error cõmittatur, aut aliqs de nostro Not. cõqueri possit infrascriptã taxã omnibus nostri iudicij officialibus ad vnguem seruari volumus.

Taxa iuxta cõsuetum in Curia Iscan. obseruan.

Pro Citatione ad litem grana duo.

Pro libelli, seu cuiusuis petitionis præsentatione grana decem.

Pro prima contumacia in lite Ciuili etiã si plures fuerint. Nihil.

Pro quolibet actu, excepto eo, qui in publicatione, & conclusione. Nihil.

Pro citatione ad Testes grana quinq; pro ipso actu.

Pro examine cuiusuis testis ad instãtiam partis grana decem.

Pro præsentatione Articulorum, & Interrogatoriorum grana decem.

Pro quolibet decreto interlocutorio pro Vicario, Magistro actorum, & Balio,

grana decem, & septem.

V3. grana decem Vicario, quinque Notario, & duo ballio.

Pro accessu Notarij ad instãtiã partis ad examinãdos testes seu quẽuis aliũ actũ faciendum extra curiam. Nihil.

Si cõtingat extra Ciuitatẽ ad instantiam partis aliquò proficisci ad quempiã examinan. in causa ciuili, uel criminali solũuntur ei caroleni quinq; pro qualibet die, ultra vecturas, lectum, habitationẽ & expensas ei à partibus administrãs. Vicario uerò Generali accedẽte p̃ qualibet dicta soluantur præter expensus, et alia supradicta Caroleni decẽ, & Actuario similiter quinq; eo tamẽ die, quo peruenerint, seu discesserint è loco examinare, non obligantur: aliis verò diebus intermedijs quatuor tantũ, vbi plures ijs fuerint testes examinare teneantur.

Pro copia cuiuslibet actus grana duo.

Pro copia Authentica grana decem, de-

cre-

creti interlocutorij: non Authentica grana quinq;.

Pro copia cuiuſuis folij proceſſus in forma copia qua habeat lineas viginti, quinq;, grana duo, cũ dimidio, ſi verò in forma originalis p quolibet fol. grana quinq;.

Pro ſententia ſeu decreto diffinitiuo ſecundum conſuetudinem.

Pro literis executorialibus grana quinq;.

Pro Mandato deciſiuo ex cauſa cognita grana duo cum dimidio.

Pro mãdato iuſtificato grana duo cũ dimidio.

Pro qbuſuis literis gratioſis in fauorẽ partis grana quĩdecim vt ſup. diſtribuẽda.

Pro literis cõmiſſionalib. Caroleni duo Vi. Notario uerò Carolenus unus ſoluatur.

Pro expeditione monitionũ Vicario grana quinq; duo cum dimidio Not. ſi in Diœceſi ſi verò in Ciuitate nihil.

Pro expeditione excõmunicationis grana viginti Sigillo Vicariò, & Notario.

Pro expeditione memorialiũ gr. quĩdecim

Pro

Pro presētiata cuiuslibet instrumēti grana decem quod si Originale voluerit habere præsentatæ soluat pro copia Carolenos duos magistro actorum.

Pro quolibet actu causæ à Sede Apostolica vel aliũde commissa Vicario grana decem, & Notario distribuenda.

Pro quolibet actu ad instātiā cuiusuis persona alterius Diœcesis Carolenus unus.

Pro literis executorialibus ex p.° decreto grana decem, & septem, quorum sunt decem Vicarij, & septem Notarij.

Pro Inuentario bonorum eorum qui ab intestato moriuntur granà quindecim.

Pro perquisitione cuiusuis processus elapso anno grana decem.

Pro annullatione obligationis grana duo.

Pro accessu ad locum differentiæ quæ est inter Clericos intra Ciuitatem Carolenī quinque Vic. grana 30. Not. 15. Baliuus 5. ex his accipiet, quòd si extra Ciuitatem differentia fuerit inspicienda

da duplum soluitur etc. per Diœcesim uerò soluatur pro qualibet dicta, vt dictum est in examinat. testium.

Si ad querelam alicuius, uel ipso instigante, & partem in iud. faciente capitur informatio dicta, vt supra per querelantem, vel instigantem, si vero ex officio, tunc per Reum si fuerit condemnatus per soluantur.

Pro Mandato de parendo grana 15. ex quibus Notarius quinque reliqua verò Vicario.

Pro Mandato ad reluendum grana duo.

Pro quouis actu, cuius hic mentio facta non fuerit soluatur iuxta consuetudinem, dummodo laudabilis sit.

Vbi verò Vicarium consultore indigere cõtingat, in actibus qui Consultorem requirunt, Vicarius hic sibi assignatam cum eo diuidat portionem secundum Curiæ consuetudinem approbatam.

Pro expeditionibus Bullarum, & alijs similibus

milibus nõ ſoluatur vltra ſolitum Aureum niſi tenuitas beneficij vel paupertas expedientis arbitrio ordinarij minus ſuaſerit eſſe ſoluendum.

In Reliquis verò obſeruetur conſuetudo.

Pro licentijs confeſſorum ſoluatur nihil.

Pro reſeruatione iuriſpatronatus ex fundatione, vel Dotatione pro eius decreto ducatos ſex.

De Blaſphemia. Cap. I.

SI quod impium ſcelus eſt, quod homines fœdâ quadam immanitate teterrimos, impios ingratos, diuinorumq. beneficiorum immemores oſtendat, certè eſt deteſtabile blaſphemiæ crimen, quod ad ſeſe diuinæ vltionis, & iuſtitiæ gladium in ſui æternam perniciem trahit. Quod impudentiſſimum, ac turpiſſimum ſcelus, vt omnino à noſtra Ciuitate, ac Diœceſi arceatur omni conatu obniti debeant Parochi ad ſcelus radicitus euel-

lendum, Si quos igitur petulanter summum Deum, uel sacratissimam Virginem Sanctosq; cæteros maledictis proscindentes, siue blasphemantes audierint, vt abstineant à tàm fœdo peccato fraterna charitate moneant, comiterq; a tanta impietate deterreant, quod si irritas esse suas suasiones, & monita, intelligant, nobis denuncient, vt Leonis X. & Pij Quinti, constitutiones aduersus blasphemos exequi aduersus ipsos possimus:

CAP. II.

HOrtamur præterea confessarios, vt sibi confitẽtes blasphemos valde reprehendant, & asperius pœnitentiæ onus imponant. Artifices verò, Patres familias, & alij blasphemos Ministros, & famulos semel monitos, si recciderint domo expellant:

CAP. III.

ITem volumus, vt omnes machinas ad tantum scelus profligandum adhibeamus, vt Curati omnes nostræ Ciuitatis, & Diœcesis suis in Ecclesijs quam primum nominis Iesu sodalitatem erigendam studeant, in qua præter cætera pia opera exercenda maxima industria adhibeatur ad blasphemos omnes corrigendos, & crebrò monendos taliq; crimine assuetos in eandem sodalitatem intromittere studeant, vt facilius assiduis confratrum monitis, et bonorum operum exercitationibus à tàm praua consuetudine abhorreant atq; desistant.

De Examinatoribus. Cap. I.

EXpeditis decretis, & constitutionibus Synodalibus, fuit lectum decretum Sacri Concilij Trident.

de Eligendis Examinatoribus sess. 24. cap. 18. prapositiq; fuere ipsi examinatores, & approbati vnanimiter ab omnibus, nemine contradicenti, & ducti à magistro Ceremoniarum iurarunt in manibus nostri Vicarij in forma vt latius in actis notarij Episcopalis Archiuij.

Reu. Archidiaconus.

Reu. Io: Antonius Zabatta Canonicus.

Reu. Casar Gattula.

Reu. D. Ioseph Ferrarius.

Item alij duo fratres unum ex conuentu Sancti Dominici, & alterum Sancti Augustini nostro arbitrio, dum sint Magistri in Theologia Cõcionatores, seu Lectores.

CAP. II.

ITem Clerici, Subdiaconi, & Diaconi omnes antequam ad ordinem admittantur iurent Canonicis. Caterisq; Cathedralis nostra Ecclesia Sacerdotibus

bus dum ſacrum miſſæ, Sacrificium celebrant in ſeruituros vnus per hebdomadã, & omnibus diebus feſtiuis, quod ſi iuramentũ prædictũ præſtare recuſauerint, nequaquam ordinentur, & ſi promoti defecerint puniantur pœnis arbitrio noſtro:

DE IVDICIBVS SINODALIBVS

DEinde fuit lectũ decretũ Sacri Cõc. Trid. de eligendis iudicibus Synodalibus quibus cõmittãtur cauſæ ſeſſ. 25. c. 10. & nominati, in actis eiuſdem Notarij: Reu. Archidiaconus.

Reu. D. Pompilius Florẽtinus Canonicus.

De electis ſuper reuiſione bonorũ Eccleſiaſticorũ male alienatorũ.

VNc fuerũt nominati ſuper reuiſione bonorũ Eccleſiaſticorũ malè alienatorum ac ſimiliter approbati, vt in actis: Reu. D. Ioannes Antonius Zabatta Canonicus &

Magnificus Octauius Rubeus.

De Testibus Synodalibus.

PRopositiq; testes Synodales in Schedula annotati quorũ nomina vulgata non sunt vt maiori diligentia, & libertate suo muneri vacare possint.

Magnificus Horatius Albanus.

Magnificus Ioannes Andreas Mellosius.

Magnificus Horatius Gattula.

De Indictione Futurę Synodus.

SYnodus Iuxta Sacri Concilij Tridentini Decretũ celebrabitur quot annis feria secunda post Dominicam in Albis.

De Vocationibus.

HIsq; peractis fuerunt à Notario vocati Beneficiati & alij qui huic Synodo interesse debent.

INDEX TITVLORVM.

Baptismo fol. 31.
Blasphemia fol. 89.

Capitulo fol. 76.
Casus reseruati fol. 46.
Collatione beneficiorum fol. 64.
Concubinatijs fol. 75.
Coro, & sacris cæremonijs. fol. 79

Dignitatibus in cathedrali existentibus fol. 78.

Electis super reuisione bonorũ Ecclesiasticorũ male alienatorum fol. 93.
Examinatoribus fol. 91.

Festorum obseruatione fol. 19.
Fide Catholica fol. 1.
Funeribus, & exequijs fol. 87.

Hospitalibus fol. 72.

Iudicijs fol. 81.
Iudicibus Synodalibus fol. 93.

Legatis pijs fol. 65.
Libris prohibitis fol. 64.

Monialibus fol. 61.

Ordine, & ad eos promonendis fol. 53.

Parochis fol. 22.
Precedentia fol. 11.
Processionibus fol. 12.
Reliquijs fol. 2.
Residentia fol. 25.

Sacramento confirmationis fol. 34.
Sacramento Eucharistiæ fol. 36.
Sacramento Pœnitentiæ fol. 40.
Sacramento Matrimonij fol. 57
Societatibus Laicorum fol. 70.

Testibus Synodalibus fol. 94.

Veneratione Sãctorum, & Sanctarum Imaginum fol. 4.
Vita, & honestate Clericorum fol. 4.

REGESTVM

★ A B C D E F G H I K L M.

Omnia sunt integra folia, præter ★ *cum dimidio.*

EX SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE Apud Impressores Camerales. 1599.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA